





A standard linear barcode consisting of vertical black lines of varying widths on a white background.


3 1761 07550774 9











COLLEZIONE
DI
OPERE INEDITE O RARE

DEI PRIMI TRE SECOLI DELLA LINGUA

PUBBLICATA PER CURA

DELLA R. COMMISSIONE PE' TESTI DI LINGUA

NELLE PROVINCIE DELL' EMILIA

51093
17/10/01

BOLOGNA
Presso Gaetano Romagnoli
1867

AVVISO

Il sottoscritto si fa un pregio di avvertire, come egli abbia testé impresa una nuova collezione intitolata: **Biblioteca economica per uso della studiosa gioventù**; nella quale avranno luogo costantemente opere di classici scrittori di ogni secolo.

L'edizione, comunque economica, sarà nitida e convenevole e a discretissimo prezzo; ogni volume potrà acquistarsi separatamente.

È già pubblicata la **Storia Fiorentina** di *Ricordano e Giacchetto Malespini*, curata dal professor Crescentino Giannini. L. 2.

GAETANO ROMAGNOLI


I novellieri italiani in versi indicati e descritti da Gioambattista Passano. — Questa importante Bibliografia è in corso di stampa quasi nell'equal carta, forma e caratteri dei *Novellieri in prosa* dello stesso autore.

Se ne tireranno non molti esemplari, perciò chi desidera associarsi si diriga al sottoscritto libraio editore.

SF
957
R88
1867
V. I

GAETANO ROMAGNOLI

COLLEZIONE
DI
OPERE INEDITE O RARE
DEI PRIMI TRE SECOLI DELLA LINGUA
PUBBLICATA PER CURA
DELLA R. COMMISSIONE PE' TESTI DI LINGUA
NELLE PROVINCIE DELL' EMILIA





LA MASGALCIA

DI

LORENZO RUSIO

VOLGARIZZAMENTO DEL SECOLO XIV.

MESSO PER LA PRIMA VOLTA IN LUCE

DA PIETRO DELPRATO

AGGIUNTOVI

IL TESTO LATINO

PER CURA

DI LUIGI BARBIERI

—
VOL. I.
—

BOLOGNA

PRESSO GAETANO ROMAGNOLI

1867

S F
957
R 88
1267
V. I

AVVERTENZA DEGLI EDITORI

Avendo fermato, per non crescere a dismisura la mole del presente, di far succedere a questo un altro volume, in cui si conterrà un compendio storico della Veterinaria nostrale da Renato Vegezio insino a Francesco Bonsi, e con esso il Glossario già più volte promesso e annunciato, ci stringiamo per ora a mandar innanzi le seguenti brevi notizie, che giudichiamo dover essere richieste dal più de' lettori.

L'originale è tratto da un codice del secolo XIV. di minutissima lettera, ma d'assai buona e genuina lezione. Ha il pregio di correggere in più luoghi l'edizione di Spira (1486 o circa), e l' altre due di Parigi (1532, 33), servite tutte all'Editore per l'opera, noiosa sì ma necessaria,

di ridurre il testo latino ad essere un perpetuo e fedele interprete del volgare; chè la pubblicazione del primo (è quasi soverchio l'accennarlo) fu riputata conveniente per questo solo, che 'l lettore avesse nell' originale suddetto un efficace e pronto aiuto a ben intendere la traduzione troppo spesso sgrammaticata e buia.

Il volgarizzamento poi, dettato come si crede in un dialetto che tira al siciliano, ricopia, tranne le consuete abbreviature, un codice di grossa lettera del secolo XV., che al pari dell' altro citato sopra si conserva nella libreria dell' Editore Pietro Delprato. Ha difetto d'eleganza; ma la rozzezza, che può in buona parte esser colpa anche dell'ammanuense, è scusata dal doppio merito di esibire la più antica e fedele versione che sin qui si conosca di Lorenzo Rusio, ed eziandio un monumento di lingua vernacola italiana, che pel rispetto della filologia è senza dubbio d'importanza non lieve. Così almeno, infra molti altri, lo stimava l' illustre nostro Presidente Cav. FRANCESCO ZAMBRINI, a cui rendiam sin d' ora, per gli aiuti largamente prestati a questa nostra difficile impresa, le grazie più vive e sincere che sappiamo e possiamo.

LAURENTII RUSII
DE CURA EQUORUM LIBER

Reverendo in Christo patri et domino suo, domino N. sancti Adriani diacono Cardinali, Laurentius dictus Ru cius, marescalcus de Urbe, familiarium vestrorum minimus, recommandationis instantiam et perpetuum famulatum.

Inter cetera animalia, quæ ad dignitatis humanæ solatium ille Fabricator excelsus, opifex omnium, procreavit, equos cuiusdam singularis decoris, nobilitatis, et formæ dote præcipua venustavit, ut per eorum generosum obsequium, humanis usibus oportunum, et sublimium personarum splendidius magnitudo claresceret, et inferioris status hominibus eorum oportunitas non deesset. Per hos enim effertur altius gloria principum, regum corda grandescunt, struuntur acies, hostilia consternuntur. Hos siquidem, velut humanæ præcipua adiumenta naturæ, generali vocabulo iumenta vocavit antiquitas, ut eorum nomine, et equitantis nobilitas et necessaria utilitas nosceretur. Nam sine adiumento istorum, peregrinæ adiri provinciæ, fluminum impetus superari, defectarum personarum deferri lapsa corpora non valerent; nec alias generosa discretio inter nobiles et ignobiles sic congruam differentiam edere potuisset. Hujus igitur nobilis animalis naturam a pueritia mea totis studiis percunctatus cum diversis marescalchis, qui quasi ex universis mundi partibus ad Urbem variis temporibus concurrerunt pro equorum genitura salu-

DELLA CURA DE' CAVALLI

DI LORENZO RUSIO

In Christu soe patre e seniore Missere N. per la gratia de deu, de sancto Adriano Iacono cardenale, Lurenzo dectu Ruziu, marescaleu de Roma, deli vostri familiari minure, cun perseveranza de recommendatione et servitio perpetuale.

Inter tucte l'altri animalj, le quale a solazo dela dignitate deli homini quellu grande fattore et ajutatore de tutte le cose crione, creau li cavalli de una sigulare belleza, et de nobilitate et de forma, de grande dote l'adurnone, chè per lu unurato luru servitio necessariu alu usu deli homini, e la grandeza dele alte persune plu apertamente se manifestasse, e la necessitate luru all'omini de minuri statu non mancasse. Per li cavalli plu altamente se esalta la gloria deli principi, e li coraiora deli rege ingrandisci, et per illi li schiere se ordina e li nimici se abatteno. Essi certe, cusì comu le grande adiutoria dela humana natura, per generale nome l' antiquitate mancipone et liberone le cavalle; chè de loru nome la nobilitate delu cavalcante e la necessaria utilitate se cognoscesse; Cha senza l'aiutorio deli cavalli, ala lontana provincia se non pocterà gire, e lu impetu deli flumina se non pocterà superare, e li corpora dele defecte persone se non pocterà portare. Et si ancora la unurata discretione inter li Nobili e li Villani, cusì convenibile differentia farece potesse.

briter procuranda , nutritura bene gerenda , valetudine perservanda , curandisque languoribus , qui vel ex humore peccante , vel exterius , diversis ex accidentibus , sœpe fortuitu , producuntur , diversas et singulares curas disserui , et ab eis non tam didici , quam , rerum experientia magistra , palpavi , ex eo quod in talibus non auctoris doctrina , sed experientia facit artem . Nec his contentus fui , sed varia sublimium personarum opera , quæ hujus artis secreta consueverunt diligentius perscrutari , diligentissime exquisivi ; semper in qualibet cura scripta experientiam adhibens , per quam summe veritas indicatur . Quorum omnium doctrinam et experta studia , velut in unum fasciculum colligens , in hoc præsens opusculum , ad laudes præcipuas vestri nominis , utiliter dirigere procuravi . Quæso igitur , ut hoc præsens opusculum , vestro nomini dedicatum , dignemini a devote vestro suscipere , non attribuentes temeritati , si enucleatas et utilissimas curas ad utilitatem communem compilavi omnium , sed in hoc laborem vestri devotissimi servitoris potius commendantes ; et , si patienter feratis , secure assero quod non mea sed vestra est gloria huius libri .

De così nobile animale adunca dala pueritia mea la natura aiu bene incercata per onne studio cun diversi marescalci, li quali quasi de tucti parti delo mondo a Roma so' cuncorssete in diverse temporale pro salutevolemente procreare lu nascimento deli cavalli, et per bene notricare li cavalli, et per servare li cavalli in forteza, et procurare le infermitate, le quale voi per omore peccante, voi da fore, pro diversi accidenti, spesse fegata per ventura advene ali cavalli; e diverse cure et singulare non sola mente da illi aiu parate quanto io aiu tuccatu deli cose, abente pro mastra l'esperientia, perzochè in queste cose non solamente la doctrina dela ricchia, ma la experientia fa l'arte. Io non solamente so' statu contentu de queste cose, ma variate opere dele grande e solenne persone, le quale le secrete cose de quest'arte annu accostumata plu diligentemente bene in cercare, et io plu diligentemente l'aiu incercate: tuttavia in ciascuna cura scripta aiu avuta l'aprovanza, per la quale provanza grandemente se domustra la veritate. E la doctrina e le provate studia de tucti li predecti marescalci aiu colte et aiu precurate de reducere in unu fassiu; et questa presente opera, a grande laude delu vostru nome, precuraila de fare. Pregove adunca che questa presente opera, fatta a vostru nome, digneteve delu vostru devotu amurevolemente recepirila, e non ne dete laude a la mea macteza, ca io li denocciate e li utilissime cure, ala utilitate communa de tucti li homini aiu composta. Ma in questo la fatiga delu vostro servitore maiuremente la laudete, et si umilimente la sustenete dalo vostro servo, sazzate ca non è mea gloria, ma è vostra gloria la opera de questu libru.

CAP. I. — De natura equi.

Equus calidæ naturæ judicatur, sed (1) temperate. Calor ostenditur per levitatem, velocitatem, audaciam, et vitæ longitudinem: quia plus aliis animalibus vivit. Temperamentum monstratur (2) in eo, quod (3) docilis et mansuetus est circa (4) dominum, vel nutritorem, suum.

CAP. II. — Quod ad generationem equorum sunt (5) eligendi parentes idonei.

Quoniam omne animal consuevit sibi simile generare, tam moribus, quam corpore; ideo, ut recipiamus bonos filios, necesse est ut eligamus bonos parentes; quia ex bono et pulchro patre bonus et pulcher consuevit filius generari, et e converso ex malo (6). Similiter et de matre. Et si quando accidit (7) contrarium, quod dissimilatur (8) filius parentibus, hoc accidit ex aliqua occasione: frequentius tamen assimilatur aut moribus, aut corpore.

CAP. III. — Quæ sunt consideranda in parentibus.

Quatuor in parentibus spectanda sunt, scilicet: forma, pulchritudo, color, et meritum. In forma autem

(1) et. (2) invenitur. (3) quia. (4) erga. (5) sint. (6) e contrario
(7) et si accidat quandoque. (8) dissimiletur.

CAP. I. — Dela natura delu cavallu.

Lu cavallu de calida natura se judica, ma temperatamente: — lu calore se demustra per legeranza, per velocitate, per audacia e per longanza de vita, ca vive plu che l'altri animali.

— Lu temperamento se demostra, perzochè actu da insegnire et humele inverso delu segniore soe, voi nutricatore.

CAP. II. — Del generare dellu cavallu.

Qua onne animale sole semigliante a se figiolu generare, si de costume si de corpu, et, accio che no' arecepamo boni figlioli, necessa cosa ene che noi alegamo bonu patre et bona manma; ca da bono e bellu patre bonu e bello figliuolo se sole generare, e cusì de malo patre malu figliu. — Et similiamente dela manma. — E se alcuna fiata abe lo contrario, che non è similiante lu figliu alo patre et a la manma, questo abene per alcuna occasione; tame plu spessamente se resemiglia insemura, voi per custume, voi per corpo.

CAP. III. — Da considerare in delo patre
et in dela manma.

Quattro so le cose le quale so da vedere in nelo patre et in dela manma delu cavallu, zoene: — La forma, — la belleza, — lu colure, — et lu

*haec quæruntur: corpus vastum et solidum, corpori
conveniens altitudo, latus longissimum, maximi et
rotundi clines (1), pectus late patens (2), et omne
corpus musculorum densitate (3) nodosum, testiculi
pares et exigui, pes siccus et solidus concavo (4) cornu,
altius calciatus.*

CAP. IV. — *De pulchritudine equorum.*

*Pulchritudinis partes sunt hæ. Habeat equus caput
exiguum et siccum, et (5) pellis bene inhæreat ossibus
capitis; Aures breves et acutas, quasi aspideas; Oculos
magnos, et non concavos; Nares patulas, quasi inflatas;
Maxillas graciles, et siccas; Os magnum, et laceratum;
Collum longum, et gracile iuxta caput; Garese vero a-
cutum, sed quasi tensum (6) et rectum; Dorsum curtum,
et quasi planum; Lumbos rotundos et quasi grossos; Costas
et ilia, ut bovina; Ancas longas, et tensas; Comas et
caudam cum paucis et longis crinibus; Cossas latas et
carnosas tam interius, quam exterius; Gareta ampla,
csica, et extensa (7); Falces curvas et amplas, quas
equus teneat ut cervinas; Crura bene (8) ampla, et
pilosa, et sicca; Iuncturas crurium grossas, et non
carnosas propinquas unguulis, ad similitudinem bovum;
Ungulas rotundas, solidas, et fixas: et universaliter
habeat membra omnia proportionata corpori, tam in
longitudine, quam in latitudine. Sit vero equus altior
ex parte posteriori, quam anteriori, velut cervus, et col-*

(1) *clunes.* (2) *latum, patens.* (3) *depressitate.* (4) *cum cavo.* (5) *cujus.*
(6) *tensum.* (7) *tensa.* (8) *et.*

meritu. — In della forma se recerca queste cose — Lu corpu..... essollu, e che alu corpu se convenia l'alteza. — Lu lato troppo longo. — Grande e rotundi capilli. — Lu pettu abentu latu. — Et tuctu lu corpu bene cuperte, museuli nudurusu. — Lu pede siccu e sollu, decavatu cornu, plu in altu calzatu.

CAP. IV. — **Dela belleza deli cavalli.**

Le parte dela belleza so queste: lo cavallu ane lu capu piçulu e siccu e che la pelle bene se astringa all'ossu delu capu. — Et aia le rechie piçuli et acute como rechie de serpente. — Et l'occhi grandi et non concavati. — Le nare aperte et cusì comu inflate. — Le massile graile et secce.

La vocca grande e bene scartata. — Lu culu longu e sutile apressu lu capo. — Et lu guarrese acutu ma quasi stesu et directu. — Lu dorsu curtu e quasi planu. — Li lumbe retundi et quasi grosse. — Le coste e li flancora così comu bove. — Et aia l'anche longe et stese. — Et aia la grengnia e la coda cun poche capille e longe. — Et le cosse late et carnose così dentro commu da fore. — La garetta anpla secca et stesa. — Le falce corve et ample et tegnile così comu cerviu. — Le gamme bene ample pilose e secce. — Le ionture de le gamme grosse e non carnose apressu l'unge assemeglianza de bove. — L'unge rutunde solle et fisso — Et universamente aia lu cavallu tucte le membra bene compartute alu corpu cusì in longanza comu 'n amplezza. — Sia lu cavallu plu altu dala parte de retru che dala parte denante così comu lu cer-

lum deferat elevatum, videlicet grossitudinem juxta pectus (1).

CAP. V. — De coloribus equorum.

Colores equi sunt hi: *Badius*, *Aureus*, *Albineus*, *Roseus*, *Mureus*, *Cervinus*, *Gilbus*, *Scutulatus*, *Albus*, *Guttatus*, *Candidissimus*, *Niger*, *Pressus*. Sequentis meriti: *Varius* cum pulchritudine, mixto in eo nigro, vel albo, vel abstdio, vel badio mixto cum cano, vel cum quovis colore, *Spumeus*, *Maculosus*, *Murinus*, *Obscurior*. Secundum vero *D. Jordanum*: Color *badius*, et *semialbus obscurus*, super omnes alios est laudandus. In emissariis autem præcipue clari et unius coloris eligendus est equus; ceteri despiciendi sunt, nisi magnitudo, vel membrorum aptitudo, culpam coloris (2) excuset.

CAP. VI. — De merito, et (3) bonitate equorum.

Meritum dicitur bonitas equi. Pluries accidit quod aliquis equus est turpis, male formatus, et mali coloris, est tamen valde bonus: et propter ejus (4) bonitatem equus debet (5) haberi carus, quia potius cupid homo bonitatem quam pulchritudinem. Nam, si res haberetur propter utilitatem et bonitatem, et utilior est bonitas

(1) ut det grossitudinem juxta pectus. (2) colorum. (3) seu. (4) propter cuius. (5) dicitur.

viu. — Et lu collu porte levatu. — Zoene che aia la grosezza apressu lu pectu.

CAP. V. — Deli culuri deli cavalli.

Li coluri deli cavalli so queste. — Zoene: lu colore baiu. — Colore aureu. — Colore albeniu. — Colore blancu. — Colore gottato. — Colore candidissimu. — Colore niro. — Colore persu. — Colore variu mestecatu cun bellezze, zoene nigro, voi albino, voi ascidu, voi baiu mistecato con blancu, voi cunqua altru colore: Colore spumeu, — Colore machiato, — Colore murellu plu obscuru. — Secondu Mis. Iordanu lo colore baiu et mezzu blancu et lu scuro supre tucte l'altre colore ene da lodare. — Inde le nanti dicti grandemente de claru voi de unu colore se deve elegere lu cavallu. — Tucti l'altri sono da desprezare for sia la grandeza, voi l'alteza dele menbra, non scusasse la culpa deli culuri.

CAP. VI. — Delo meritu e dela bontate deli cavalli.

Lo merito ene dectu la bonitate delu cavallu. Presure fiata adivene che alcunu cavallu ene laidu e male formatu et de male colore, e tame illu è multu bonu; per la bonitate delu quale, et per lu meritu lu cavallu deve essere abantu caru, cha maiamente l'omo piglia e disidira la bonitade che la belleza delu cavallu. — Ma se l'omo habesse la cosa per utilitate, plu utile ene la bonitate che la belleza; adunca l'omo maicamente deberà deside-

quam pulchritudo; ergo affectare debes magis bonitatem, quam pulchritudinem; et ideo bonitas equi excusat eum a turpitudine: sed si pulchritudinem cum bonitate haberet simul iunctam, melius (1) esset. Et est notandum (2), quod pulchritudo factionum (3) equi melius discernitur et monstratur in macro, quam in pingui, nam propter pinguedinem aliquæ factiones (12) occultantur. Eadem in equabus consideranda sunt, quae sunt jam dicta de equo; unum tamen in ipsis præcipue debes attendere, videlicet: quod equæ habeant magnum corpus, et ventrem longum.

CAP. VII. — De signis ad cognoscendum virtutes et defectus equorum.

Nota primo quod pulchritudo et defectus equorum, et membrorum et facturae ipsius, melius discernuntur equo existente macilente quam pingui. Equus habens maxillas grossas, et collum curtum, non de levi affrenari potest decenter. Equus habens frigiditatem capitatis, et caput inflatum, oculos tumidos, deferens caput in gressu graviter versus pedes deorsum, extremitates auricularum pendentes et frigidas, vix, aut unquam, poterit liberari. Equus habens auriculas pendentes et magnas, et oculos concavos, lentus, remissus et mollis existit. Equus habens gargetta ampla et extensa, et falces curvas, ita quod gargetta respiciant interius, in gressu, de more, celer et agilis esse debet. Equus habens gargetta curva, et falces extensas, et ancas curvas, debet naturaliter ambulare. Si equus per caudam trahatur,

(1) melior. (2) sciendum. (3) factorum. (4) aliqua facta ejus.

rare la bonitate che la belleza, et perzò la bonitate delu cavallu se scusa da laidezza; ma se lu cavallu abesse la belleza iunta cola bonitate fora assai meglio. Et è da notare che la belleza dele fatteze delu cavallu megliu se descerne e demustra 'n u' magru che 'n u' grassu. — Cha per la graseza delu cavallu alcune facteze se nasconneno. — Quelle medesime cose se deve considerare in dela cavalla che ia so dicti in delu cavallu, tama una cosa deve pensare in queste. — Zoene che le cavalle aia grande corpu e granne ventre.

CAP. VII. — Deli signa a conoscere li virtute
voi li difetti deli cavalli.

E sacci inprimamente che la belleza voi lu defettu deli cavalli e le facteze dele membra soi, meliu se descerne in delu cavallu macru che in delu cavallu grassu. — Lu cavallu le quale ane le massielle grosse et lu collu curtu non se po' afrenare deligieramente. — Lu cavallu lu quale ane frigiditate de capu et ane lu capu inflatu et l'ochi paguruse portante lu capu grevemente in del andare inversu deli pedi insucta et pendente la extremitate dele rechie et frigede, appena, voi zammái, seno pò liberare.

— Lu cavallu abente le rechie pendente et grade e l'ochi concavi ene lento et remessu et molle.

— Lu cavallu habente la garrecta anpla et estesa e le falce corve sichè la garrecta resguarda in dentro in del andare, de custumu deve essere vivazu et legeru.

quanto magis firmus stat, et caudam fortius ad se trahit et ossi adhæret, tanto melior est ad præliandum, si attrahit, tanto iuventior est. Item quando corium, ubi cervix deficit inter aures, fortius ossi adhæret, tanto melior est ad præliandum. Equus habens iuncturas crurium juxta pedes naturaliter grossas, et pastoralia curta ut bovina, debet naturaliter esse fortis. Equus habens costas grossas velut bovinas, et ventrem amplum et pendentem deorsum, laboriosus et sufferens judicatur. Equus habens universas ungulas albas, vix, aut nunquam, duros aut fortes pedes habebit. Equus, si super omnes pedes suos et præcipue super anteriores, diu et æqualiter junctos, stet, ita ut unum pedem ante alterum non extendat, aut sursum teneat, aut unum pedem super terram levius et debilius altero teneat, membra inferiora se habere sana [et firma] demonstrat. Equus habens nares magnas, et inflatas, et oculos grossos, non concavos, audax naturaliter esse debet. Equus habens os magnum, scissum, sive laceratum, maxillas graciles et macras, et collum longum et gracile usque ad caput, satis ad affrenandum habilis existit. Equus ad se tenens troncum caudæ strictum, et fortiter iuxta cossas fissum, ut in pluribus, fortis et sufficiens esse debet, sed non celer. Equus habens crura, et iuncturas crurium satis pilosas, et pilos longos in eis, laboriosus existit, sed de facili non agilis reperitur. Equus habens clinem longam et amplam, et ancas longas et extensas, et qui sit posterius altior quam anterius, ut in pluribus, velox in longo cursu reperitur. Equus claudicans a parte anteriori de pede, et non premens versus terram in gressu nisi extremitatem vel tantummodo punctam pedis, seu ungulæ, scias quod in ungula patitur. Equus claudicans anterius, si universaliter premit in terra soleam pedis,

— Lu cavallu habente la garrecta corva e le falce stese et l' anche curve , naturamente deve annare.

— Se lu cavallu se tira per la coda, quanto plu fermu stane et plu fortemente tra' la coda a se et plu strectu stà all' ossu, tante e megliore ad commettere; et si terà, tantu plu aiutante ene. Ancora quantu lu coru, duve manca la cervize inter le rechie, plu fortemente all' ossu se strenge, tantu megliu ene a commater. — Lu cavallu abente le iunture dele ganme apressu li pede naturalmente grosse e le pasture curte cusì comu bove, naturalmente debe essere forte.

— Lu cavallu abente le coste comu bove e lu ventre anplu pennente insucta , travagliante et sufferente se iudica.

— Lu cavallu habente universalmente l' unghe blanche, arradu, voi iammai, non porrà havere forte pede et dure.

— Lu cavallu se supre tucti li pedi soi, et massimamente supre li pede denanti, lontanamente et ugualemente iunte, lontanamente stea , siccè l' unu pede non estenda nanti l' altru, voi l' unu tegnia susu, voi l' unu pede non teia plu ligeru che l' altru, voi plu devele supre terra, mustrase habere sane le membra da intru et firme.

— Lu cavallu habente le nare grande et inflate et l' occhi grossi non concavi, naturalmente deve essere audace.

— Lu cavallu habente la vocca grande aperta, massilas graile et macre, e lu collu longu et grayle appressu lu capu , assai ene asivele affrenare.

— Lu cavallu tenente lu truncu dela coda strettu asseve et fortemente apressu le cosse, messu in

alibi quam in ungula patitur. Equus claudicans in oppressione pedis versus terram non plicans neque curvans pastoralia, vel juncturnas, circa juncturnas læsin esse censetur. Equus claudicans anterius, et in revolutione sua, sive a dextris sive a sinistris, magis claudicat, præsumitur dolor esse in spatulis. Equus claudicans posterius, et in sua revolutione simpliciter magis claudicans, apparet quod inanca patitur. Equus pergens deorsum versus loca infima, et faciens in gressu passus anteriores minutos et crebros, a gravedine pectoris affligi videtur. Equus anterius claudicans, et cum quiescit aliquantulum, pedem claudicantem ante alium tendit, nihil incumbens se pedi claudicanti, in crure, vel in spatulis, patitur. Equus si posterius claudicans, non incumbens se in gressu, nisi in puncta pedis posterioris solummodo, nec aliquid curvans juncturnas, sed elevat et dirigit pedem claudicantem sine plicatione aliqua in gressibus, in iunctura est passio. Equus habens dolores intra corpus, continua habens auriculas universaliter frigidas, et nares similiter frigidas, et oculos concavos, semivivus esse videtur. Equus habens anticore, si flatus narium emittat frigidos, et oculi lacrimentur assidue, quasi mortuus judicatur. Equus habens cimorram, vel vermem volativum, in capite, et continua per nares humores proicit velut aquam pingue et frigidam, vix evadet. Equus habens infirmitatem arragiati, emittens in tantum per anum continua stercora liquida quod nihil in ventre patientis remanet quod emittat, in infusionem cadet infirmitas, et, ut in pluribus, non evadet, imo cito morietur. Equus habens vivulas et subito universaliter redigitur in sudorem, et membra ipsius singula contremiscunt, ipso continua storditiones paciente, non videtur possit evadere. Si nares equi aliquantulum teneantur, et modicum herbæ.

presure cose, deve essere forte e sofferente ma non vivazu.

— Lu cavallu habente le ganme et le iunture dele ganbe pelose assai, et pili longue in illi, ene travagliante, ma non se truova ligeru.

— Lu cavallu habente la squina longa et anpla, et longe l'ange et stese, et che sia plu altu deretu che denanti, inpresure veloce et in longo cursu se trova.

— Lu cavallu zoppecante dala parte denanti delu pede et no lo preente infre terra in del andamento, se nu che preme la extremetate, voi la punta, delu pede, voi dell' ugnia, saçi che lo male ene nell' ongnia.

— Lu cavallu zuppecante denante, se actuctu preme interra la sola delu pede, à male altrove che nell' ongnia.

— Lu cavallu zoppecante in dela opressioe delo pede in ver la terra non plicante et non corvante li pasture, voi li iunture, iudecase che lo male sia in dele iunture.

— Lu cavallu lu quale zopeca denanti, quanno se volve, voi apparte ritta voi apparte manca, et plu zopeca, presumase ch' è lu dolore in dela spalla.

— Lu cavallu lo quale zopeca deretu, et in dela sua revoltatione voi a parte ritta, voi a parte manca, et appare maiure mente zoppecare, à lu male in dell'anca.

— Lu cavallu aballante in locura insocta et facente in nell'annamento le passe da parte denante plu piçuli et spissi, pare che sia afflictu dala gravaça delu pectu.

— Lu cavallu dala parte denante zuppecante, et quando se reposa stende lo pede, delo quale zo-

vel straminis, inter nares ponatur, si anhelitum fortiter a se proiiciat, a stranguariu et cimorra liberum caput habet. Equus patiens infirmitatem strangulionis, et cum difficultate ac sonitu narium et gutturis inspirat et respirat, necnon totum guttur habet inflatum, vel grossum, vix evadet. Equus habens pares balsanaturas, et non impares, ut in pluribus, non de facili grossus erit.

peca, plu nante che l'altro, nulla male ane in delo pede delo quale zopecia, ma ane lo male in dela gamma voi in dela spalla.

— Lu cavallu de retu zopecante, et quando anna non se inpoia se non in dela punta delu pede de retu solamente ne nulla cosa incurvantese dala parte de reto, ma leva et diricza lu pede zopecante senza nulla plicatione in dell'andamenti soi, lu male ene in dela iuntura.

— Lu cavallu lu quale ane lu dolore, intru in delo corpo continuamente, ane le rechie uneversalmente fregede, et le nare ane semegliantemente fregede, e ane l'ochi concavi, pare che sia mezu vivu.

— Lu cavallu lu quale ane lu nante, se lu flatu dele nare ene fregedo et l'ochi gle lacreme assiduamente, iudecase quasi morto.

— Lu cavallu lu quale ane la cimora, voi lu verme volativu, in delu capu, et continuamente iecta per le nare humore così comu acqua grassa et fresa, ad gran pena canpa.

— Lu cavallu lu quale ane infirmetate, la quale se dice raiatu, manda continuamente per fondamento fumaiu liquedu, siccè niente de fumaiu remane in ventre delu cavallu, lu quale ane cutale infermetate, et cutale infermate cade in enfusione, ma inperochè vene, longu tempu non campa, ma ceptu more.

— Lu cavallu habente li vivoli et subitamente suda tuctu, et tucte le membra soe tremano, et illu paciente sturdetione, pare che non pozza canpare. E se le nare delu cavallu se tenianu pocu aperte, unu pocu de ierva ce se pona intru dale nare, voi unu pocu de strameri, et se lu flatu caça fortemente, ane liberu lu capo dala stranguria et dala cimora.

CAP. VIII. — Qua ætate sunt apti Equi ad generandum.

Quia pater robustus et fortis membris et virtutibus, robustiores generat natos, ideo ea ætate debet equus elegi ad generandum quando membra completa et virtutes perfectæ in eo reperiuntur. Nam filius ex iuvenculo equo natus, quia nec membra bene completa nec solida, nec virtutes perfectæ possunt esse in ipso, erit naturaliter debilis: ergo in principio quinti anni, quando equus membris et virtutibus est perfectus, erit equus aptus generationi; si ante admittitur, cum non sit perfectus naturaliter ad generandum, filius imperfectus et debilior ex eo nascetur: quia ex minus perfecto, minus perfectum procedit; et ex magis perfecto, magis perfectum.

CAP. IX. — Qua ætate sunt aptae Equæ ad generandum.

Quoniam fæmininus sexus in omni animali frigidior est masculino, citius pervenit ad ætatis suæ per-

— Lu cavallu susteniente la infermate deli strangogluni et cun dificultate et con sonu dele nare et dela gola aspira et respira, ma tucta la gula ane inflatu, voi grossa, a gran pena canpa.

— Lu cavallu lu quale ane pare baizanatura et non semegliante, in presure non ligieramente po' esser grossu.

CAP. VIII. — In quale estate li cavalli
sian atti a generare.

Lu patre potente et forte dele menbra et dele vertute plu rubusti et forte genera li figlioli. E perzò lu cavallu se deve eleiere in quella rubusta et forte estate a generare, ca lu figliu de iuvenzelli cavallu natu, ca le membra non so bene cunplite nè bene solle, nè li virtute non po' essere bene perfecte in ellu, lu cavallu natu naturalmente sarà debele. — Ergo in delu principio delu quintu anno, quanno lu cavallu è perfectu de menbra et de virtute, lu cavallu sarà aptu a generare; et quandu lu cavallu se manda a generare, concesiacosachè illu non sia perfectu a generare, nasce da ellu figliu non perfectu et plu debole; ca dala cosa menu perfecta nasce cosa plu menu perfecta, et da cosa plu perfecta, procede cosa plu perfecta.

CAP. IX. — In quale estate le iomente
sia acte a generare.

Ca la natura dele femene ene plu frigida che la natura deli mascule in onne animale, la quale...

fectionem. Unde post biennium equa recte equo subiici potest: et post decimum annum ad conceptionis officium inutilis judicatur. Et si qua soboles ex ea ori- tur, iners et tarda nasceretur. Quia, sicut citius masculo ætatem fæmina perficit, sic et citius in ea decrescit. Unde cum causa, et virtus, in ea post decimum annum, velut in sene, deficiat, inutilis reputatur ad partum.

CAP. X. — Qualiter circa ipsos agendum sit quando sunt
admittendi ad generandum

Cum equi admittendi sunt ad generandum debent bene et copiose pasci et nutririri, et sine labore et aliqua inquietatione esse debent. Nam nimius labor desiccat humiditatem, et vacuat spiritus, et debilitat virtutes: quæ tria necessaria sunt ad generandum. Quies [enim] multiplicat humiditatem, et copiosum nutrimentum multiplicat spiritus, et virtutes ex quiete et nutrimento roborantur, unde coeundi desiderium augmentatur. Non tamen intelligendum est, quod equus stet penitus absque labore, sed taliter equitetur equus, quod potius sibi delectationem inferat quam fatigacionem. Quia labor sive exercitium temperatum, calorem naturalem excitat, superfluitates consumit, spiritus et virtutes corroborat, cum virtutem digestivam adiuvet: unde cum conceptio fiet melior ex puriori semine, quam ex minus puro, cum [itaque] temperata semina magis convenient ad generationem, quam intemperata, bonum est quod equus valde leviter exercitetur. Nimia enim quies generat multas superfluitates, unde calor natu-

pervene a perfectione de sua etate: dapoich' a dui anni la cavalla dirictamente se po' subiectare alu cavallu. — Et passati dece anni la cavalla se iudica non utile a concepire — Et se alcuna schiacta nascesse de illa, pigra et tarde nasce, ca, cusi comu plu ceptu la femmena vene a perfectione che lu masculu, cusì plu ceptu in illa plu cresce. Unne, conciosiacosache la chasione e la vertute po' dece anni manche in illa, vechia reputase non utile alo partu.

CAP. X. — In quale manera sia da fare
versu d'illi, quannu se deve mandare a generare.

Quandu li cavalli se devenu mandare a generare devese bene et cupiosamente pascere et nutricare, et senza fatiga, e debenu essere con reposu. Ca la grande fatiga dessecca la umiditate, evacua li spiriti et advelisce li virtute. — Queste tre cose so' necessariu a generare: lu reposu multiplica la umiditate, e lu cupiusu notricamentu multiplica li spiriti; li virtute per lo reposu e per lu nutricialementu se fortifica; unne se acrescenu per desideriu de coprire. Non tame ene da intender che lu cavallu stea ad in tucto senza fatiga. — Ma in tale manera se cavalche lu cavallu che maiuremente sia per delectatione che per fatiga. — Cha la fatiga, voi lu exercitiu temperatu, cummuove lu calure naturale, voi lu sulleceta, cunsuma li superfluitate, li spiriti e li virtuti fortifica, consiacosachè illu aiuta la virtute degestiva. Unne, concesiacosachè la concretione meglu se faza de semente plu pura, che de semente minu pura, conciesiacosachè le temperate

ralis et spiritus debilitantur, et exinde corpus et humores infrigidantur, et postmodum semen; et ex semine frigido, et multum humido, vix aut numquam fiet conceptio: et, si fiat, generatur ex eo fæmineus sexus. Nam ex frigido et humido semine procreantur fæminæ: ex temperato, masculi. Ex nimis frigido et humido, nunquam fiet conceptio, quia calor agens suffocatur. Ex nimis sicco similiter, quia materia non extenditur. Similiter ex nimis calido; et si cum siccitate, aduritur; si cum nimia frigiditate, non informatur. Ex temperato igitur semine conceptio formatur. Relinquitur igitur ut non multum pingues equi, scilicet humidi, nec sicci, sed ad medium tendentes, sint apti ad generandum: tendant tamen magis ad humiditatem quam ad siccitatem, quia ex copiosa materia corpus grande creatur, e modica vero materia, corpus modicum generatur. Unde, ut supra dictum est, ita tractandi sunt equi, qui admittendi sunt ad generandum, ut pingues existentes ad medium tendant: quia, sicut modica materia non esset sufficiens, ita superflua non esset apta. Quia calor agens in re multa, non potest eam depurare et informare, sed debilitatur in actione sua; in re modica non habens subiectum idoneum, similiter debilitatur et evanescit; in re vero temperata, æqualitate agens, undique in ea libere agit et informat, cum subiectum idoneum et materiam aptam, quam totam depurare et regere potest, inveniat. Quod dictum est supra de exercitio faciendo in equis, qui admittendi sunt ad generandum, intelligendum est quantum ad eos qui sunt in stabulis, quos exercitare et quiescere facit homo pro velle. Nam armentarii non possunt esse laboris expertes, cum huc et illuc pascendo vagentur, et libertas animum pro velle disponat. Eadem in equabus consideranda sunt.

semente maiuremente se convegia ala generatione che la non temperata, bona cosa ene che lu cavallu legeramente se affatigue. Ca lo granne reposu genera multa superfluitate et umiditate, unne 'l calore naturale et li spiriti adiviliscunu, et delende lu corpu et li umuri infrigedessinu et semegliantemente la semente. Cha de semente frigida et multu umida appena, voi mai, concepisce, ca lu calore acrecente suffucase. — Et simigliantemente de semente multu sicca; ca la materia se non extende; e simigliantemente de semente troppu calida, se se fane, con siccitate ardese, e se cun multa umiditate, non se informa. Adunca de non temperata semente non se fa conceptione, adunca che li cavalli non sia multi grassi, zoè umidi, nè seche, ma tenente meçu imo acti a generare; ma maiuremente tegnia ad humiditate che a siccitate, ca da copiosa materia se cria gran corpo, et de poca materia pizulu corpu se genera.

Unne, cusì comu ene dictu de supra, cusì ene da tractare deli cavalli, li quali so' da mandare a generare, che quilli che so' grasse tengnianu mezu. — Ca, sicomu la poca materia non vastasse, cusì la superflua materia non fora acta a generare; ca lu calure faciente in multa cosa non po' illa deputare et informare, ma se fa debile in dela operatione sua. — In poca cosa non habente conveniente subiectu, simigliantemente adevelisce et invanisci. — Ma in dela cosa de temperata qualitate, faciente d'onne parte, in illi liberamente fane et informa, conciesiacosachè illu trove subiectu convenevele et acta materia, la quale tucta po' deputare et regere. — Ca dectu ene de supra delu exercitiu, lu quale ene da fare in delu cavallu li quale so' da mandare

CAP. XI. Quot Equæ sunt emissario supponendæ.

Quoniam, sicut dispare sunt equi corporibus, sic et viribus: et ideo considerandum est ut, uniuscuiusque viribus æstimatis, proportionalia conjugia submittantur. Quæ res facit eos ætate non parua durare: quia nimius coitus omne animal facit cito senescere, ac deficere, cum substantiam consumat et humiditatem et virtutes debilitet, calorem naturalem extinguat, spiritus faciat exhalare: quare mors omnino sequitur. Invenitamen quod equo, viribus formaque constanti, duodecim, vel quindecim, possunt ad plus submitti equæ. Ceteris pro qualitate suarum submittendæ sunt virium.

CAP. XII. Quo tempore admittendi Equi sunt ad generandum.

Cum equarum natura sit duodecim mensibus partus absolvere, providendum est ut tempus conceptionis conveniat temporis nativitatis. Ergo cum necesse sit pul-

a generare, da intender ene quantu a quilli che stane in dele stalle, li quale fa l'omo fatigare et reposare per sua voluntate; ca li cavalli dell'armantu non poteno essere senza parte de fatiga, concesiacosachè, passendu, vague illà et quà, et la libertate despona l'animu luru. Et quella medemu libertate ene da considerare in dele cavalle.

CAP. XI. — Quante iumente unu cavallu po' cuprire.

Ca, cusì comu li cavalle sono dessemegliante de' corpora, cusì so dissemeigliante de fortie; et però ene da considerare che de ciascunu cavallu penzate le fortie, voi estimate, poche, voi numerate, coniunctione ad illu se summecta. Che cosa lu cavallu faza durare no in piçula etate, ca lu troppu coprire fane ceptu invecchiare onne animale et mancare; concesiacosachè illu consuma la sustantia e la umiditate, et li virtute adevelisca, e lu calure naturale amortisca, e faza annullare li spiriti, per la quale cosa appestuctu sequeta la morte. Ame io aio trovatu che alu cavallu costante de forme et de fortie posegle summectere XII voi XV cavalle alu plu. A tutti l'altri per la qualitate de soi forse le cavalle gl'è sommittere.

CAP. XII. — In quale tenpu li cavalli
se manna a generare.

Concesia cosa che la natura dele cavalle sia in dudice mese assoglerese dalu partu, dananti videre ene che lu tenpu dela conceptione se convenia alu

los temperato et herboso tempore nasci, ut non laedantur corpora frigore, nec æstu languescant æstatis, et copiam habeant lactis, videtur quod in locis calidis in Martio et Aprili, vel in frigidis in Madio, admittendi sunt equi ad generandum, cum hæc tempora convenient nativitati equi: nam his temporibus nati pulli et aerem temperatum, et copiosum inveniunt nutrimentum.

CAP. XIII. Quanto tempore ferant Equæ partum.

Quia agens in re multa, tardius eam disponere et informare potest, quam agens in modica, cum materia conceptionis equarum, propter maioritatem sui corporis, maior sit quam aliorum animalium, et magis humida quam aliorum, necesse est ut longius tempus habeat calor ad informandum. Unde unius anni spatium natura præbet equæ ad absolvendum partum, et in tanto tempore sol implet zodiacum. In bove minus tempus requiritur, quia materia sicca retinet informationem, et citius induratur quam humida. In asinis, licet sit materia minor, est tamen minus frigida, unde tardius potest calor eum disponere ad informandum. In aliis animalibus prout materia apta est cuiuslibet ad informandum, tempus longius aut brevius natura exhibuit ad absolvendum partum.

tenpu dela nativitate. Adunca che , concesia cosa che li pullitri sia da nascere in tenpu temperatu et gervosu, acciò c'ale corpura luru non noccia fredu, nè callu d'estate non infirmi, et aia copia de latte ; pare che in dele locura calle deianu stare in delu mese d'aprile, et in dele locura plu fregede, deiano stare in delu mese de maiu. E devese mandare li cavali a generare cuncessia cosa che queste tempura se conveianu ala nativitate deli cavalli. Ca in questi tenpi li pullitri nati trovanu airu contenperatu , e copioso nutricamentu.

**CAP. XIII. — Que sia da fare se la iomenta
sostenere lu cavallu non vole.**

Qua lu facciente multi cose in una cosa plu tarde po desponere illa et informare , cuncessia cosa che lo facciente in poca cosa; cunciessia cosa che la materia della conceptione dele cavalle per la grandeza de soi corpu maiore sia; ca deli maiure animalii ene plu umida che dell' altri: necessa cosa ene che lu calure aia plu longu tenpu ad informare. Unne la natura dane, che in unu anno la cavalla se assoglia dalu partu, et in tantu tenpu lu sole complisci lu cursu soe. — In delo bove se recerca minu tenpu, ca la materia sicca retene la informatione et indura plu ceptu che la humida materia. In dell' asini abenia che sia minure materia et illene meno frigida, unde plu tarde lu calure po' disponere illu ad informare. — In del' altri anemale così comu la materia ene apta at informare, in delu tempu breve voi plu longu, la natura donone che illa s' assoglesse da lu parto.

CAP. XIV. Quid sit agendum si Equa patienter equum non vult.

Cum pluries accidat quod equa equum patitur super se, nec tamen vult coitum, quod ex defectu caloris ipsius circa naturalia contingit, licet ipsam natura stimulet, frigiditas tamen illorum membrorum coitum recusat; et ideo urtica, vel squilla, circa naturalia ipsius membra inficiatur, et excitabitur circa eam libido. Est præterea notandum quod emisarii armentorum aliquibus mediis spaciis separari debent, propter noxam furoris alterni, quia cum tempore coitus animalia sint furiosa, si se contingenterent, se invicem læderent.

CAP. XV. Quomodo sint Equæ tractandæ post conceptionem.

Postquam conceperunt equæ, separentur a maribus, nec famem frigusque tolerent nec laborem, nec inter se locis comprimantur angustis, quoniam abortiendi materiam forsitan pararent: nec nimis macræ nec nimis pingues existant, sed medium teneant utriusque. Nam si nimis macræ essent, aut abortirent, propter nutrimenti penuriam, aut fætus modicus et debilis nascetur. Si nimis pingues essent, propter loca repleta non posset conceptionis materia, prout expedit, dilatari, et sic minor corpore similiter orietur. Et nota quod generosas equas alternis annis submittere debemus, scilicet

CAP. XIV. — In quale modu se deve tratare
e tenere le iumente poi c' à conceputu.

Concessia cosa che molte fiata avenia che la cavalla sustegnia supra se lu cavallu, tame non se vole coprire, la quale cosa abe' per defectu de soi calore in versu deli cose naturale, abenia che la natura recerche illa, tame la fregedetate dele membra luru refuda lu cuprire; et però la urtica et la squilla in dele menbra soi naturale se puna, et suscitarasse in illa voluntate de coprire. Et ene da notare che li cavalli del'armentura, li quale se deve mandare a coprire, per alicuni meczane spatij se deve partire dal' armentura, per la colpa de lu furrore dell'unu e dell'altru, concessia cosa che in elu tenpu delu coprire l'animali sianu furiuse, unde se se toccassero, farrease lesione insenmura.

CAP. XV. — Quale tenpu sia plu aptu
ala nativitate deli pullitri.

Ma poi che le cavalle concepisunu partanose dali masculi, et non sostengia fame nè fredu, nè fatiga, nè interse aianu compressione de angustie, voi de locura: ca per la ventura de materia de spoltrenare, parturirà nanti tenpu. Nè troppu macre nè troppu grasse sianu, ma tegnianu mezu de macreza; ca se fosseno troppu macre, voi illa non retenerà figliuolu per pocu notricamentu, voi lu figliuolu che facesse sera debile, e nacquerà piçulo. Et se fossenu troppu grasse, le cavalle per le locura replene la materia dela conceptione non se po' dilat-

quæ masculos nutriunt, ut pullis puri et copiosi lactis robur infundant, ceteras autem passim et districte submittere possumus. Et semper armentis pinguis pascua provideri oportet: et in hyeme in locis calidis morentur, ut in nemoribus, ubi a frigore et a vento non tantum læduntur. Cavendum est tamen pro posse, ne iumenta teneantur in locis ubi sit copia glandium arboris cerri, nam ipsarum comestio iumenta faceret abortire. In æstate vero in locis frigidis et aquosis, ut in pratis et locis ubi herbarum et aquarum copia sit.

CAP. XVI. — *Quod tempus est aptum conceptioni,
et nativitati pullorum Equorum.*

Quoniam equarum natura existit fætum uno anno portare, ut prædictum est: ideo tempus conceptioni et nativitati congruum eligendum est. Unde tempus Veris cum sit temperatum pascuisque copiosum, utrique maxime congruit; quia cum temperatum sit, et humores omnes in animali sint tali tempore temperatores, et sanguis in corpore tunc dominetur, nullum tempus sic aptum conceptioni videtur, cum humorum temperantia sit necessaria conceptioni. Similiter autumnus est aptus conceptioni seu nativitati, quia cum noviter geniti pulli sint teneri, cito frigore vel æstu lædantur, propter autumni temperantium, tali tempore nati pulli nec fatigantur æstu, nec algore torpescunt. Similiter cum pulli teneri copia lactis indigeant, nec famis neque potus inopiam tolerantes, teneraque natura ipsorum expostulet nutrimenta, et crescentes magis ac magis nutrimenta

tare cusì comu se convene, e cusì de piçulu corpu nacquerà. E nota che ale cavalle che deve generare li cavalli, de altri tanti anni gle devemu mandare. Zoene quelle che nutrica li masculi che ille dune forteza ali pollitri de puru e de cupioso lacte, et tuttavia gle se deve provedere grasse pascue. Et in delu vernu ademore in locura caldi et in dele silve ove lo ventu gle non noce tantu. Tame è da guardare a potere che le iomenti non se tenanu in dele locura dove sia copia de lianda, arboru de cerru, ca lu manecare de quella glianda farrà la iomenta expoltronare; e la state ademore illocura frigidi et accose et in dele prate ove sia copia de gerva.

CAP. XVI. — Quale locu è bonu a nascere
li pullitri.

Ca la natura dele cavalle ene de portare lu figliolo soe unu anno, cusì comu ene dectu, e perçò lo tempo dela concezione et dela nativitate ene da allegere convenevele. Unne lu tenpu dela primavera, concessia cosa che illu sia temperatu e cupiusu de pascue, maximamente all' unu et all' altru se convene. Ca, concessia cosa che temperatu sia, e tucti humuri in tale tenpu sia in animalij plu temperatu, e lu sangue in delu corpu in quellu tenpu seniurege, nullu tenpu pare così aptu ala concezione, cuncessia cosa che la temperantia de l' umure sia necessaria ala concezione. Similimente l'autunnu ene actu ala nativitate; cá, concessia cosa che le pullitri sia novellamente nati sono teneri, ceptu lu fredu voi lu callu lie noce, per la temperanza de l'autunnu, in cutal tenpu li pullitri nati non se

*duriora exposcat, hoc tempore copiam herbarum tenerarum inveniunt, ut sicut ipsa sic et herba ad duri-
tiem magis tendunt.*

CAP. XVII. — *Quis locus est aptus et bonus ut in eo nascantur.*

*Quia consuetudo est secundum naturam, et secun-
dum consuetudinem, quam ab origine ducit, animal
gubernatur et vivit, et in eo quod magis uniuscuiusque
animalis officio congruit, ab origine quodlibet animal
debet in eo studiose nutrire, ut levius toleret quod pati
postea necessarium est; unde illud Hippocratis: Ex
multo tempore consueta, etiam si fuerint deteriora con-
suetos minus insuetis molestare consueverunt. Propte-
rea cum sint necessariae ad laborem, laborique suo
congruant ungulæ duriores et fortes, loca vero mollia
reddant ungulas molles et teneras, utile videtur quod
pulli petrosis et montuosis locis nascantur, ut natis
equis in mollibus locis, ungarum teneritas de asperi-
tate nihil sentiat: sed natis equis duris locis frigida
origine locorum asperitate durescant. Montuosa loca vi-
dentur utilia dupli causa monstrante. Cum montium
iter sæpe sursum et deorsum eundo, sit difficilior iti-
nere plani, redditur etiam ex usu fortior ad laborem:
et quia descendere difficilior est quam per planum in-
cedere, descendendi ac ascendendi exercitatione ad la-
bo rem aptior informatur. Crura etiam et pedes for-
tiora et grossiora et duriora redundunt; nam ex la-*

fatiga per callu, nè per fredu non inpegrisse. Similgiantemente, cuncesia cosa che pullitri teneri aia inmesteru de copia de lacte, non sostenente copia nè de fame nè de bevere, li teniri notricamenti, li quali ademanna la natura deli pullitri, et crescentenu plu, et plu ademande nutricamenti plu duri, in questu tenpu trovanu copia d'erbe tenere, e così comu la erba indura, cusi illi induranu.

CAP. XVII. — Dela nutrecatione dili pullitri piculi.

facto, ponas unum duorum ovorum supra prunas ardentes, postea ipsum calidum bene liga fortiter supra locum superposituræ, et permitte ibi stare donec ovum sit quasi tepidum; et hoc facias bis vel ter, donec locus sit aliquantulum coctus, deinde statim recipias fuliginem furnorum, seu fucinæ fabrorum, et teras cum modico sale, et fac simul bullire in oleo, et ipsa bene calida liga super locum; coctura ovorum reiteranda non est ex quo semel bene facta est, sed appositionem olei calidi cum fuligine et sale reitera usque ad curam completam, quod erit infra quatuor dies; interim tamen cave a sordibus et ab aqua. Sed, si necesse fuerit, equitari potest secunda die, dummodo pecia sit superligata. Et cum equus reintrat stabulum, applicetur oleum calidum ut est dictum. Item ad idem: Tollantur pili circa vulnus, deinde lata cutis lardi super vulnus alligetur, postea superponatur fuligo bene trita cum sale et axungia, vel, si volueris, superponatur sal assum bene tritum cum fuligine per triduum, et sit aliquantulum tepidum; vel, si volueris, superponatur et alligetur emplastrum factum de pice nigra, cæra et sepo arietino, et custodiatur semper equus a sordibus et ab aqua. Si vero caro læsa extra corium apparuerit, pulvis rasuræ cornu cervi, vel bovis, cum veteri sapone ad consolidandum, ei ligetur. Et nota quod si vulnus ex negligentia vel inepta cura redigatur in cancrum vel fistulam; si fuerit cancer, curetur ut infra in capitulo de cancro; si fuerit fistula, curetur ut infra in capitulo de fistula continetur.

lenne cescasuno per suse compremi cole mane, chesse faccia unu pocu longue, et, factu questo, poili supra la vrasia ardente, et unu callu ne lega supra la suprepositura et lassacelu stare fine che sia quasi tepegliu, e questo fane dui voi tre fiata, finechè lu locu sia unu pocu coctu, et incontenente agi la fulligine delu furnu, voi dela fucina deli ferrari, et tritala c' unu pocu de sale, et falla bullire in dell' olio, et quelle bene calle lega supra lu locu; la coctura dell' ova non ene da refare un' altra volta da poi ch' ene una volta bene facta. Onne ponere l' oliu callu cu la fulligine et lu sale refane un' altra volta usque ala cura, che sarrane infra quactru die. Un' altra fiata lu guarda dall' acqua e dala suczura. Ma se fosse necessariu de cavalcare, pose cavalcare ale secundu die, mentrachè la pecza ce sia legata. E quandu rentra lu cavallu na stalla, ponacese lu oliu callu comu ene ditu. Ancora l' altru: levese li pili deturnu ala plaga... legecece de supra la fulligine bene trita culu sale et assungnia, ma se voi, puce lu sale ben tritu cula fulligine per tre die, et sia unu pocu tepegliu. Ma, se voi, puince et legace lu enplastu factu de pece nira, et de cera et de sevu mottonino. E se la carne apparerane con lisiune da fore delu coru, la pulve dela rasura delu cornu delu cerviu, voi de bove, cun sapone anticu aconsu... per negligentia, voi per non asievele cura, raducese in fistula, voi in cancru. E se ene cancru, curese comu ene de sucta in delu capitolo delu cancru. Esse ene fistula, curese comu se dice in delu capitolu dela fistula.

CAP. CXVII. — De incapistratura Equi.

Contingit frequenter quod equus ponit pedem anteriem et frequentius posteriorem in capistro, et quando vult pedem ipsum extrahere non potest, propter quod accidit quod equus læditur in pastore a pedis ex parte posteriori, et fit ibi quædam læsio, vel incisio, quæ procedit usque ad nervos, et nisi succurratur læsioni prædictæ remediis opportunis, posset equus gravissime lædi, propter locum, qui est nervosus. Cura. Licet medicamenta possent multa adhiberi dictæ ægritudini, quæ possunt colligi ex diversis rubricis, quæ in hoc continentur libello, obmissis tamen omnibus aliis, unum valde utile experimentum hic ponam, quod non solum valet ad infirmitatem prædictam, sed etiam valet ad omnem crepatiam seu scabiem equi et omnem rupturam, et valet etiam ad vulnera; et, ultra hoc, cura prædicta tantæ est efficaciæ quod si equus aliquam ægritudinem patiatur propter quam periculosum sit ei aquam intrare, vel locum ubi patiatur balnari, inungatur locus infirmitatis unguento, quod infra ponetur, et superligetur aliqua pecia dicto unguento inuncta, et secure vadat per aquam et ubi voluerit, quia aqua non poterit penetrare. Unguentum autem tale est: Recipe olei olivarum 3. I., terbentinæ 3. II., vel 3. III., quas misce bene simul et distempéra ad ignem, deinde adde parum cære, et incorpora bene simul et unge: probatum est. Item ad idem, si incapistratura est recens, vel non multum antiqua: Recipe lanam succidam et fac de ipsa unum tortinellum, vel torclum grossum, ut capiat incapistraturam totam et plus; et dictum tortinellum imbibas de sepo arietino liquefacto, et liga

CAP. CXVII. — De encapestratura.

Avvene spesse fiata che lu cavallu pune lu pede denanti, et plu spessamente lu pede de retu, in delu capestru, et quandu vole retrare lu pede non pone, et perciò gle abene ca lu cavallu ave lisiune in dela pastura delu pede dala parte de retu, et fase locu una lisiune voi incisiune, la quale vane usque ali nervi, et sese non sucure ala decta lisiune cule remeia ch'ene anmisteru, lu cavallu porrà avere granimissima lisione, perciò che lu locu ene nervosu. La cura: abengnia che multa medicamenta se pocza fare a questa infermetate, le quale se potesse coglere in deverse rubriche, le quale se contene in questu libru, lassate tame tucte l' altre medicamenta, unu troppu utile et provatu poneraiu ecchu, lu quale non solamente vale al' encapestratura, ma vale ad onne crepacce, voi scaja, e ad onne ructura, et vale ale plague, et plu che questo, la cura decta ene de tanta efficacia, che se lu cavallu patesse alcuna infermetate per la quale abenessene in granne periculu de intrare in dell'acqua, voi bangnare lu locu dove ene la infermetate, ungase lu locu dela infermetate delu unguentu lu quale se ponerane in sucta, et leguese supra lu dectu unguentu una peza unta, et securamente vada per l'acqua duve vole, ca l'acqua lo non porrà pàssare. L'unguentu ene cutale. Recipe de oliu de oliva unc. j., et de terbentina unc. ij. voi tre, le quale mesteca bene insenmura et stenperale alu focu, et aiungice unu pocu de cira et incorpura bene insenmura et ungelu; et ene provatu. Ancora a quellu medenmu, se la incapestratura ene recente, voi non multu an-

dictum tortinellum aliquantulum stricte supra incapi-straturam ad modum unius pastoræ; interim tamen caveatur equus ab aqua.

CAP. CXVIII. — *De paemia, clavardo, seu aquarola.*

Paemia, clavardus, seu aquarola, quod est idem, fit ex allisione ferri, lapidis, vel ligni retro pedem iuxta ungulam sine inflatione crurium, et crepat et fetet et exit inde humor fetidus, quia omnis dolor provocat rheuma, et ideo inferiora rheumatizantia indigent iuvari frigidis et siccis, vel calidis temperate et siccis. Cura. Recipe mellis cochlearia duo, fuliginis cochlearia tria, telæ aranearum et de cimis urticarum et salis ad libitum; conterantur omnia bene simul; et, facto emplastro calido, superligetur per tres dies. Item ad idem: valet, si calida stercora hominis vel anseris superligentur. Quidam ungulam et corium iuxta paemiam scindunt, deinde aliquod emplastrum de supradictis superponunt et ligant. Item ad idem: valet emplastrum factum ex pipere, alleis, foliis caulium et axungia porcina veteri, quia, si superponatur, infra paucos dies vel curabitur, vel morietur clavardus, aquarola seu paemia; probavi et verum inveni.

ticata: Recipe la lana sucida et fane unu turcinellu, si-chè piglie tucta le incapestratura et plu, et delenne piglia lu dectu turcinellu unu pocu strectu supra la incapestratura a modo d' una pasture. Et inter tantu lu guarda dall' acqua. E quellu turcinellu mictilu no sevo, chenne recoglia bene, unu pocu callu.

CAP. CXVIII. — Dela paemia, clavardu, voi acquarola.

Paemia, clavardu, voi acquarola, chè tucte ene unu, fase per urtatura de ferru, voi de preta, voi de lenu, derectu alu pede denpressu all' ungia senza la inflazione dele ganme, et crepa e fete et essie delenne humore fedu, ca onne dolore pruvocane la reuma, percione le cose de sucta abente reuma ane misteru de essere aiutate da cose fregede et secche, voi da cose callide et temperate sicche. La cura. Recipe de mele ij. cucchiare, et de fulligine iij. cuchiare, et de tela de ranchiu et de cime d' ortica et de sale ala voglia tua; pistese bene onne cosa insenmura, et poi ch' è factu lu 'nplastu, legacelu callu per tre die. Item a quellu medenmu, valece lu stercu callu de l' omo voi dell' oca se ce lu poi. Et alcunu finde la ungia et lu coiru apressu la paemia; e de lenne alcunu enplastu... factu de pepe et de agli et de fronde de coli et de assungia vecchia; ca, sece se pone, infra pochi die, voi illu se maturaranu, voi illu moreranu lu clavardu, acquarola voi la poemia; et io l' aiu provatu, et aiu truvatu lu veru.

CAP. CXIX. — De interferitura.

Interferitura procedit quando equus nimis stricte incedit cum pedibus vel anterioribus vel posterioribus, ex quo equus se interferit, et ipsius gressus impediuntur, et cogitur equus claudicare. Cura. Si equus posterioribus pedibus se intus ferit, de ungula multo magis extra pedem quam intra tollatur, et calcaneum ferri extra pedem auferatur. Quidam vero inter calcaneum ferri, quod est extra pedem, anulum ferri ponunt, ut ex hoc equus largius ambulet ex parte posteriori. Si autem cum pedibus anterioribus se intus ferit, quidam tacco rotundus de solea veteris subtalaris ad latitudinem duarum onciarum accipiatur, et in medio eius fiat parvum foramen, atque inter pectus et spatulam eius pedis; qui iuncturam alterius pedis percutit, corium aperiatur; aperto corio et a carne separato, cum spatula tacco imponatur, ita ut foramen tacconis sit in medio fixuræ.

CAP. CXX. — De pinzanese.

Est quoque alia infirmitas contingens equo proprio in bulleto ungulæ ubi carnes vivæ in ungulis coniunguntur, quæ, velut infusio, impedit et detinet equi gressus, quæ quandoque in uno pede, quandoque in omnibus universaliter oritur; sed, si sit in uno pede tantum et non subveniatur ei cito, solet ad alios pedes transire; quæ leviter accidit ex fluxu malorum humorum ibidem concurrentium propter grossas fumositates inferius gravedine sua tendentes; facilius autem accidit

CAP. CXIX. — Dela interferitura.

La interferitura procede quandu lu cavallu anna troppu strettu culi pedi, voi denanti, voi de retu; per la quale cosa lu cavallu se interfere, et l'anamenti soi se impedemetissi et lu cavallu zoppeca. La cura: se lu cavallu se interfere deli pedi de retu, tollase del' ongnia plu da fora che da intru; e lu calcaniu delu ferru da fore delu pede gle se tolla. Alcuni inter lu calcangniu delu ferru, che ene da fore delu pede, ponece unu anellu de ferru, chè per questu lu cavallu anne plu largu dala parte de retu. Et se illo se interfere culu pede denanti, unu taccone retunnu de solu vecchiu latu ij. unc. se trove, et in mezu ce se faccia unu forame pizulu, et inter lu pectu e la spalla de quellu pede, lu quale fere in dela iuntura dell'altru pede, aprase lu coru, et partase dala carne c' una spatolla et mectacese lu taccune sichè lu furame delu taccone sia in mezu dela fissura.

CAP. CXX. — De ponsonisi.

Ane un'altra infermetate abeniente alu cavallu propriamente in delo bulletu de l'ongia dove la carne viva si iunge cull' unge, la quale impedimentissi lu cavallu comu infusione, et detene l'andare delu cavallu; la quale alcuna fiata ene in unu pede, et se gle se non soccorre ciptu, sole passare actucti li pedi. La quale abene ligeramente per cursu de mali humuri concurrente a quellu locu per le grosse fumositate, per la sua graveza desceniente li humuri insu-

ex nimia frequentatione aquæ, atque turpitudine fumositatum stabuli, ac ab aqua in nocte ipsius cruribus et pedibus non siccatis, vel, cum ex itinere venerit, non tercis; ex quo morbo in lingua equi læsiones et ulcera generantur, ex quibus leviter talis infirmitas sciri potest, quæ Pinzanese vulgariter muncupatur. Cura. Ungulæ læsæ patientis equi usque ad subtilitatem subtus soleam pedis primitus præparentur, deinde cum rosneta ferrea bullesiæ pedum, usque quasi ad vivum unguilæ, subtilientur adeo ut bullesiæ ipsæ possint, apertis undique fumositatibus, exhalare, postmodum ab utraque parte bullesiarum phlebotometur decenter, ut exinde humores concursi evacuentur, vel cum ferro calidissimo cuspideo ab utraque parte funditus perforetur; custodiendo semper pedes læsos a sordibus et ab aqua; nec expedit equum interim aliqualiter fatigare. Fiant insuper pultes de furfure, aceto et sepo, sicut supra in capitulo de Scortiliatura edocetur, et talis pultis calida, quantum poterit substinere, extensa in aliqua pecia de lino, circa pedes læsos involvatur, bis in die renovando eamdem. Caveri tamen oportet ne patiens herbas comedat ullo modo, immo de aliis parum comedat, donec fuerit liberatus; quoniam herbæ et multa cibaria humores augent. De lingua vero, quæ occasione dicti morbi læditur, dico quod, cessante morbo a pedibus, linguæ ulcera solidantur. Item ad idem. Fiat alia pultis ex simili modo, ex qua pes equi læsus involvatur, renovando bis in die: Recipe stercus porcinum et calcem vivam, quæ simul bulliant in aceto fortissimo, postea fac ut supra. Alii vocant prædictam infirmitatem Malum linguae. Et sunt signa infirmitatis predictæ cum lingua est ulcerosa et limosa, et venæ sub lingua nigrescunt; item ulcera sunt putrida, item morvilla fluunt ex ore ipsius, item vix stare potest, post quam malum ad

cta. E plu ligeru abene per troppu spesseiare l'acqua et per la suzura dele fumositate dela stalla, e quanno la nocte se none assuca li pedi delu cavallu e le ganme dall' acqua, e quandu vene dalu veveragiu chesse non necta. Per la quale infermetate se genera in dela lengua delu cavallu lesione et plague; per le quale cutale infermetate se po' sapere, et vulganamente se chiama ponsonisi. La cura: l'unge lese delu cavallu infermu aconcese usque a suctilitate de sucta dela sola delu pede, et de lenne cula rosnecta li bullise deli pedi se assuctilie quasi usque alo vivo dell' ongia, acciocchè li bullisi poza plu apertamente d'onne parte scacciare le fumositate, et poi de quà et delà dali bullisi se sange convenevelemente, che dellenne li humuri concursite senne cacce, voi dall' una et dall' altra parte se pertunna c' unu ferru callu acutissimu bene affundu, guardannu tuctavia li pedi infirmi da suzura et da acqua; e non se convene allu cavallu fatigare. E facciaglese una pultra de brenna et de acetu et de sevu, cusì comu se insegnna de supra in delu capitolo dela stortigliatura; e cotale pultra se stenna supra una peza de linu et involvase calla in deli pedi inferme, due fiata in die renovandula. Et oportet guardare che lu cavallu non manduche herba per nullu modu, et dell' altre cose poche manduche, fine che sia liberatu, ca le erbe et molte altri civi accrescenu humuri. E dela lengua, la quale per là detta occasione de questa infermetate se inferma, dicu che, cessante la infermetate deli pedi, le plaghe dela lengua se resolla. Item, a quellu medenmu faczase un' altra pultra, dela quale pultra in semegliante modu se involva inde lu pede delu cavallu, due volte in die renovandula: Recipe lu stercu purcinu e la calce viva e bollanu in senmura in del' acetu fortissimu, et poi

pedes descenderit. Curatur autem hæc passio etiam per hunc modum: Abradatur prius ulcerositas et limositas quæ sunt sub lingua, postea locus abrasus fricitur bene cum duobus cochlearibus fuliginis et uno cochleari salis, et uno capite allii simul valde bene tritis; et venæ, quæ sub lingua sunt, incidentur et per medium secentur, vel in summitate linguæ, quasi dimidia uncia, incidatur, et iuxta ungulam, intra pedem et extra, ex quatuor pedibus minuatur.

CAP. CXXI. — De ungulis obliquis atque pedibus.

Ungulis obliquis atque pedibus tale adhibeatur remedium: Ferrentur frequenter et parentur ac aptentur unguæ ad modum rotunditatis ferri, quia, etsi non plene, quoquomodo tamen emendantur. Sane unum restat de angularum præparationibus recordari quod ad interferituram, sive ad unius pedis ad alium percussionem, multum prodest, scilicet: quod unguæ, in ferrando, magis exterius quam interius præparentur, et ut ferro magis alto in exteriori quam interiori parte sepe ferretur; et sic omne remedium habebit. Solet etiam equo ex macredine, vel debilitate, interferitia pedum contingere, quam, resumpta pinguedine et vibribus, credimus nihilari.

se faccia comu ene dectu de sopra. Alcuni chiama la decta infermetate Malu de lingua. Et so' li signa dela decta infermetate quandu la lengua ene plagata et limusa, et le vene suta la lengua sone niri; e le plague so' feditose, e la schiuma gl' esce dela vocca. Appena po' stare, poi che lu male descenge ai pedi. Curose questa passione per questu modu: Radese in primu le plague e la limositate, le quale sone sula lengua; et poi se freche lu locu bene con ij. cuchiarre de fulligine, et cun j. cuchiaru de sale, et c' una capocza d' agli pistate bene insenmura. E le vene, chesone sula lengua, se taglenu et sechese per mezcu, voi in dela ponta dela lengua taglese quasi meza uncia et, apressu l' ungia dentru et de fore delu pede, deli quactru pedi se sange.

CAP. CXXI. — Dell' onge torte.

In dell' unge torte in deli pedi ce se dea cutale remeiu: ferrese spessamente et acconcese et parese l' unge a modo delu ferru in tundu, et se non plenamente per qualunca modu se mende. E restace una cosa da recordare dela preparatione dell' unge, che alu interfirere dell' unu pede all' altro multu gle fa prode, cioene che l' unge, in delo ferrare l' onge, s' acconce plu da fore che da entru, et lu ferru plu altu da fore che da entru spesse feata se ferre; e cusì averai onne remeiu. E sole avenirre ali cavalli per macreza, voi per debilitate, lu interferire deli pedi, li quali poi che reingrassa et ane forza credemo che nonne interfera.

CAP. CXXII. — De cutellato et habente multum frigus in pedibus.

Si equus fuerit cutellatus in pede, hoc est multum speratus in pede, aut si habuerit multum frigus sub pede, tere salem et fuliginem et superpone cum stuppa grossa per tres dies; postea bis in die lava cum aceto et superpone parum stuppare infusæ in oleo calido; deinde accipe romium tritum vel corticem eius bullitum in aceto, et superpone donec sit liberatus, postea misce calcem vivam cum sapone, et per diem unum et noctem superpone.

CAP. CXXIII. — De inclavatura.

Videndum est deinceps de inclavaturis, quarum species primo recto sunt ordine distinguedæ. Fit enim quædam inclavatura aliquando lædens funditus tuellum intrinsecus. Fit et alia quæ transit inter tuellum et ungulam, tuellum intrinsecus minus lædens. Tertia species non est lædens tuellum, sed ungulæ vivum tangit et lædit. Prima igitur species, quæ tuellum funditus lædit, satis periculosa existit, quoniam tuellus est quædam teneritas ossium, facta ad modum ungulæ, nutriendis ungulam et gubernans, et etiam radices ungule universaliter ad se trahens. Cura. Si tuellus fuerit funditus nimium læsus, subveniatur salubrius ungulas dissolando, sicut infra in capitulo de dissolaturis unguilarum docebo. Si vero tuellus fuerit parum læsus, discooperiatur solea ungulæ circa vulnus cum aliquo decenti ferreo instrumento, et instantum circumcirca

CAP. CXXII. — De cotellatu, voi habente multu
fredo in i pedi.

Se lu cavallu sarrane cutellatu in delu pede, cione multu partutu in delu pede, voi se ellu averane multu fredu sulu pede, trita lu sale e la fulligene et pocela cu stuppa grossa per iij die, et poi lu lava due feata in die cull' acetu, et puce unu pocu de stoppa infussa in dell' oliu callu. Et agi lu sparanu pistu, voi la scorcia sua bullita in dell' acetu, et pucelo fine chesia liberatu, et poi mesteca la calce viva culu sapone, et unu die et una nocte ce se pona.

CAP. CXXIII. — Dela inchiovatura.

De cutanante ene da vedere dela inchiovatura, dele quale inprimamente le specie sone da distengere. Cha se fane una inchiovatura alcuna fiata nocente alu tuellu da fundu da entrù. E fase un'altru inchiovatura che passa intre lu tuellu et l'ungia mancu nocente alu tuellu da entrù. E la terza spetie ene non nocente alu tuellu, ma ad lungia, ca menu tocca lu tuellu et menu gle noce. Adonca la prima spetie, la quale noce assai alu tuellu a fundu et assai ene pericoloso, ca lu tuellu ene una teneritate de ossu factu a modu dell' ungia nutricantu l' ungia e gubernantela, e le radicine dell' ungia traentele asseve universalemente. La cura: se lu tuellu sarà troppu in fundu lesu, soccoiraglese salutevelemente dissolantu la ongia cusì comu insengiaraiu de suptu in delo capitolu dele dissolature de l' ungia. Esse lu tuellu ave-

læsionem de ungula incidatur quod læsio circumcirca funditus attingatur. Patefacta igitur inclavatura et bene discooperta, subtilietur solea ungułæ universaliter et specialiter circa læsionem, intantum ungułam incidendo quod spatium tale inter ungułam et læsionem remaneat, quod unguła non premat læsionem nec eidem adhæreat; quoniam impediret consolidationem carnis et renovationem novæ ungułæ. Hoc peracto, impleatur læsio seu vulnus stuppa intincta in albumine ovi, deinde vulnus curetur cum sale trito minuto et aceto fortissimo, vel pulvere gallæ vel myrti vel lentisci, ut in præcedentibus continetur. Laudo tamen ut ante quartum diem inclavatura non discooperiatur, ad hoc ut humores ibidem melius coadunentur, et sic postmodum de loco melius possit extrahi. Post quartum vero diem humores, seu putredo, in loco inclavaturæ nullatenus dimittantur; quia de facili totam ungułam corrumperent.

CAP. CXXIV. — De secunda specie inclavaturæ.

Si clavus læsionem fecerit inter tuellum et ungułam, quæ est secunda species inclavaturæ, minus periculosa existit, quoniam tuellus non læditur nisi ex latere. Cura. Prius inclavatura illa usque ad vivum funditus detegatur, incidendo per longum ungułæ et elargando circa vulnus, nec non circuncidatur unguła læsioni propinqua, ut vulneri non adhæreat quoquomodo. Inclavatura vero discooperta, postea læsio totaliter impleatur ex sale minuto, abluto prius vulnere cum aceto; deinde, superposita stuppa madefacta in aceto, pes læsus cum aliqua pecia ligetur, et postea

rane poca lisione, discoprarse la sola dell' unge denturnu ala plaga con alcunu convenevele ferru, et intantu se tagle dela lisione denturnu dell' ongia, che la lisione vada infundu. Et, aperta bene la inchiovatura, assuctiglese la sola dell' unge universalemente, et spitialemente denturnu la lesione, tagliandu tantu l' ungia che lu spatiu inter l' ungia e la lisione remana, chè l' ongia non prema 'na lesione, nece se appresseme, ca impedimenterà la consolodatiune dela carne e la renovatione dell' ungia. Et factu questu, inplase la lesione de stuppa infussa in dell' aluvme dell' ovo. E de lenne la plaga se cure culu sale minutulu, et culu acetu fortissimu, voi cula pulve dela galla, voi dela mortella, voi delu lentescu, cusì comu se contene in deli passanti, lavandelu tame, et nante lu quartu die l' anchiovatura se non scopra acciò che li umuri meglu s'adune locu, et sì che de quellu locu... voi la sania per nullu modu ce se nol lasse in delu locu dela inchiovatura, ca ligeramente corronperà tucta l' ongnia.

CAP. CXXIV. — **Dela secunda spetia dela inchiovatura.**

Se la inchiovatura farrane lisione inter lu tuellu et l' ungia, la quale ene la secunda spetie dela inchiovatura, ene menu pericolosa, ca lu tuellu se non lede se none dalu latu. La cura: imprimamente la inchiovatura usque alu vivo se traga da fundu, tagliandola per lo longu dell' unge et allargandola denturnu ala plaga, et taglese depressu l' ungia ala lesione predecta che non toche la plaga in nullu modu. Et scopercta la inchiovatura, la lesiune se enpla de sale minutu, lavatu imprimamente la plaga cull' acetu, e postace la stuppa infussa in dell' acetu, leghese c' una pecza, et

curetur, bis in die, sicut supra dictum est, renovando.

CAP. CXXV. — De tertia specie inclavaturæ.

Tertia species inclavaturæ est quæ non lædit tuellum, sed transit per medium inter vivum et ungulam. Cura. Fiat illud idem, quod in secunda specie inclavaturæ dictum est; hoc tamen addito quod, discooperta et bene attincta inclavatura, ungula exterius incidatur usque ad læsionem clavelli, ut nihil sordis, putredinis, vel turpitudinis, intus læsionem valeat retineri. Et nota quod omnes inclavaturæ, quæ non tangunt, nec lædunt, tuellum intrinsecus, facile possunt curari hoc modo: Attinctis et discoopertis prius læsionibus, funditus, prout decet, sepum aut cæra vel oleum, aut aliquod unctuosum, fervens et bulliens intromittatur in vulnus. Item curari possunt cum sale et tartaro simul tritis. Item curari possunt cum albumine ovi cum aceto et oleo simul agitatis. Item ad idem valet pulvis gallæ et lentisci et myrti intromissis in læsione, prius tamen locum inclavaturæ semper cum aceto fortissimo abluatur. Cura alia et melior ad omnem inclavaturam. Postquam inclavatura bene fuerit discooperta, maxime si equum oporteat equitari, facias bullire sal tritum in aliquo vase parvo cum modico oleo, et postquam satis bullierit, remove ab igne, et statim adiunge quadruplum terbentinæ et simul incorpora, deinde prædicta omnia bene calida immittas in inclavaturam ita quod fossula illa sit tota plena; et, post refrigerationem prædictorum, proiice desuper pulverem sulphuris vivi; hoc facto, superponas plumazolos de stuppa et liga stricte; si vero necesse fuerit equitari, superponas bombacinum simul cum sepo mixtum. Et

poi se cure dui fiata in die renovandulu, comu ene decto de supra.

CAP. CXXV. — Dela terza spetia dela inchiovatura.

La terza spetie dela inchiovatura ene la quale non lede lu tuellu, ma passe per mezu inter lu vivu et l' ungia. La cura: fane quellu ch' ene dectu in dela seconda spetie dela inchiovatura; tame aiuntuce, che scoperta et bene actenta la inchiovatura, la ungia se tagle da fore fine ala lesione de lu chiovo, chè ce se non poza retenere suczura nè sania inter la lesione. E nota che tucte le inchiovature, che non tocca lu tuellu, legeramente se pone curare per questu modu: Actente et scoperte le lisione inprimamente como se convene, lo sevo, voi la cira, voi lu oliu, voi altra cosa untoosa fervente et bullente se metta 'na plaga. Ancora se po' curare culo sale et la rasia tritate insenmura. Ancora se po' curare cula fulligene et culu sale et cull' oliu tritate insenmura et mestecate. Ancora se po' curare cull' alvume dell' ovu et coll' acetu et cull' olio mestecate insenmura. A quellu medenmu ce vale la pulve dela galla et dela mortella et delo lentescu messu in dela plaga; tame inprimu se lave lu locu dela inchiovatura con acetu furtissimu. L' altra cura et megliore ad onne inchiovatura: Poi che la inchiovatura ene bene scoperta, et spitialemente se lu cavallu se deve cavalcare, fane bullire lu sale tritu in unu pizolu vasu c' unu pocu d' olio, et poi che ane assai bullito, levese dalu focu et agiuncice quactru tanta de trebentina et mestecale insenmura. Et de lenne tucte queste cose decte micte in dela inchiovatura, sichè tucta quella fossecta sia plena; eppoi che

nota quod ad omnes lsiones pedum et ungularum, quæ accidunt occasione clavelli vel ligni aut alicuius ingredientis inter vivum et mortuum ungulæ, antequam pes, vel ungula, tangatur pro inclavatura inquirenda, fiat pultis de furfure, sepo et malvis, quæ omnia bulliant cum aceto usque ad spissitudinem, deinde tantum calida, quantum pati poterit, ponatur in pede lso, et cum pecia aliqua ligetur a mane usque ad sero et e contra; quoniam tales pultes dolorem mitigant, poros aperiunt, et ungulas humectant ut pro velle levius inciduntur. Cavendum est autem a sordibus et ab aqua et equitatu, secundum quod inclavatura magis vel minus periculosa existit.

CAP. CXXVI. — De inclavatura quæ rumpitur in corona pedis.

Accidit aliquando ex imperitia medicantis quod inclavatura non bene attingitur nec curatur, unde contingit quod putredo lsionis inclusa intus ungulam, cum non habeat viam nec exitum, facit sibi viam inter vivam carnem et ungulam, videlicet supra pedem rumpens carnem; et fit ibi quoddam vulnus emittens putredinem. Cura. Claudatur via superior, et per omnia curetur tale vulnus, sicut curatur vulnus superposituræ (require ergo supra in capitulo de superpositura), inclavatura tamen inferius subtus soleam requiri-

sone refrede tucte queste cose, iectace la pulve delu solfo vivo. E factu queste, puce li plumazoli dela stuppa e legali bene stricti. E s'è necessariu de cavalcare, se puice la banmace mestecatu colo sevu. E nota che ad onne lesiune deli pedi et de l'unge, le quale abene per accasiune de chiovu, voi de lenu, voi alcuna cosa intrante inter lo vivo e lu mortu de l'unge, nanti che lu pede, voi l'ungia, se toche pro incercare la inchiovatura, facciase una pultre de brenna et de sevo et de malve, et queste bulla tucte in dell'acetu usque a spissitudine, et de lenne ponnase tantu calla, quantu porrà sostenere, in delu pede lesu, et leghese c'una pecza et dala demane usque in dela sera, et dala sera fine in dela demane; ca cotale pultra mitiga lu dolore, et apre li pori et fane umida l'ungia, che plu ligeramente se tagle comu voi. Tame ene da guardare da suczura et dall'acqua e de cavalcare, secundu che la inchiovatura ene plu periculosa, voi menu pericolosa.

CAP. CXXVI. — Dela inchiovatura la quale
se runpe in dela corona.

Abene alcuna fiata per poca scientia delu mede-
cante che la inchiovatura non se scopre bene, nè se
cura, unne abene che la sania dela lesiune, inclusa
inter l'ungia et la carne viva, che, concesia cosa che
non agia via nè eximentu, fagle la via inter l'ungia
et la carne viva, cioene supra lu pede ronpente lu
coru, et fase locu una plaga calcante la sania. Curalu
per onne cosa comu se cura la plaga dela superposi-
tura; recercala adunca supra in delu capitolo dela so-
praposta, et tame la inchiovatura se recerche de supta

ratur, et attingatur usque ad vivum; deinde curetur sicut aliæ inclavaturæ.

CAP. CXXVII. — De fieu quæ nascitur in solea pedum.

Accidit quod pes equi læditur subtus ungulam in medio soleæ, et hoc contingit vel ex ferro, vel ex osse, vel lapide, vel ligno, vel alio simili usque ad tuellum intrante, propter quod tuellus aliquando læditur vehe- menter; ex qua læsione, cum non inciditur ungula circa vulnus propter negligentiam Marescalchi, ut supra in capitulis de superpositura et inclavaturis dictum est, nascitur ibi quædam carnis superfluitas a tuello pro- cedens, super soleam pedis propter vulnus extrinsecus exiens, unde ex oppressione ungulæ circumcirca læ- sionem cogitur illa carnis superfluitas super soleam pedis in superficie permanere, facta ad modum ficus siccæ; et ideo ficus vulgariter nuncupatur. Cura. Inci- datur de ungula, quæ est circa vulnus intantum funditus quod fiat spatum condecens inter soleam pedis et carnem superfluam, quæ dicitur ficus; postea vero dicta caro superflua, quæ ficus dicitur, usque ad soleæ superficiem incidatur; deinde, restricto sanguine, spon- gia marina super ficum cum aliqua pecia stricte al- ligetur, ut residuum ficus, quod in pede remanserat, usque ad tuellum funditus corrodatur. Corrosa vero fico, curetur læsio sicut de aliis læsionibus pedum su- perius est expressum. In defectu vero spongiæ, multum valet pulvis asphodelorum, vel alii pulveres corrosivi: excepto resalgari, quod non approbatur, quoniam im- moderate violentum existit. Cavendum est autem ne fiat ibi coctura, quoniam tuellus, propter teneritatem suam,

ala sola da entru, et tochese usche alu vivo, et de lenne se cure comu l' altre inclovature.

CAP. CXXVII. — De fico lo quale nasce in nela sola
delo pede.

Sole abenire una lisiune alu cavallu de socta al' ungia in mezu dela sola. E questo adevene voi per ferru, voi per ossu, voi per preta, voi per lenniu, voi per altra cosa semegliante a queste et intrante usque alu tuellu, perzò che lu tuellu alcuna fiata se lede legeramente. Per la quale lisiione, concesia cosa che, se non taglia l'ungia per la negligentia delu marescalcu, comu ene dictu in delu capitulu dela suprapositura et in capitulu dela inchiovatura, nasce locu una superfluitate de carne procedente dalu tuellu supra la sola delu pede, in dela supre faccia procedente, facta a modu de ficu secha, et vulganamente se chiama ficu. La cura: taglese dell'ungia deturne ala plaga in tantu affundu, che ce se faccia convenevele spatio inter la sola delu pede et la carne superfiosa, la quale se dice ficu. E poi la decta carne superflua taglese in dela superficie usque ala sola, e poi ch'ene restrectu lu sangue, la spongia marina se legue supre lu ficu strectamente c' una peza, et quellu che remane dela ficu usque alu tuellu se ruda infundu. E poi ch'ene corrosa la ficu, curese la lisiune, comu se cura l' altre lisiione deli pedi, comu ene dectu de supra. In delu defectu dela spongia, valece multu la pulve de l' asfodilli, voi altri pulvi corrosivi, salvu lu resalgaru, lu quale non s'approva cha smodatamente ene violentu. Ma ene da guardare che non ce se dea focu, ca lu tuellu, per la teneritate sua, dalu focu in tale manera

*ab igne taliter posset lædi , quod unguia a tuello cadere,
vel dividi , cogeretur.*

CAP. CXXVIII. — De Subatutu.

Contingit aliquando quod solea unguia subtus pedem tam diu ducitur sine ferris equitando per loca montuosa , dura , vel petrosa , quod quasi adnihilatur , et instantum subtilis efficitur , quod tuellus intrisecus a prædicta solea unguia defendi non potest , propter quod tuellus necessario læditur ex oppressione lapidis , vel alicuius alterius rei duræ; et , læso tuello , fit inter tuellum et soleam quædam congregatio sanguinis cum dolore , et humores ad locum dolentem concurrunt . Et hæc passio dicitur Subatitura . Cura. Dissoletur unguia , secundum quod læsioni congruit , aut tota si magna fuerit , aut media , si minor , aut parum , si parua , et evacuentur humores ibi confluentes , et tuellus læsus melius pro velle curetur . His peractis , postea per omnia fiat , usque ad convalescentiam , sicut videbis contineri infra in capitulo de dissolaturis unguialrum .

CAP. CXXIX. — De Spumaturis unguialrum.

Contingit quandoque quod infusio equi ex negligentia vel imperitia medicantis descendit ad pedes , et hoc propter humores , more solito , ad crura fluentes . Cura. Si infusio recens fuerit vel moderna , sic curetur: Extremitas unguia in anteriori parte pedis cum parva rosneta in tantum cavetur funditus , donec vena magistra pedis , quæ tendit ibidem , rumpatur ; deinde , attincta

pocterà che l' ungia fora necessariu de caderene, voi de esserene divisa.

CAP. CXXVIII. — De subactutu.

Molte fiata abene che la sola dell' ungia de sucta alu pede tantu se mena senza ferri, cavalcandose per le locura montuose et dure, voi pretuse, che quasi se aduce a niente, e intantu se fane suctile, che lu tuellu da entru dala dicta sola se non po' defendere, per la quale cosa lu tuellu de necessitate se lede pre oppres-
sione d' alcuna cosa dura, et poichè ane lisiune lu tuellu, inter lu tuellu e la sola fase una abunnanza de sangue con dolore, et li humure concorrendu alu locu dolente. E questa patione se dice subactuta. La cura: dessolese l' ognia secundu che convene ala li-
sione, voi tucta se illa ene granne, voi meza se ene minore, voi poco se illa ene pizola, et cacesenne li humuri currente locu, e lu tuellu lesu megliu se cure secundu volere; et facte queste cose, poi gle se faccia, fine che sia sanatu, cusì comu vederai de sucta in delu capitolu deli dissolature dell' ungnia.

CAP. CXXIX. — Dele spumature dell' unge.

Per negligentia, voi poca ductrina delu medecante, alcuna fiata ali cavalli abene infusione et desenge ali pedi, et questu avene che li humuri, comu sole, cor-
renu ali pedi. La cura: se la infusione sarrane recente, voi novella, curese in questu modu. La extremitate dell' ungia dala parte denanti delu pede, c' una pizola rosenecta, intantu se cave infundu, fine che la mastra

vena seu rupta cum rosneta, usque ad debilitatem corporis sanguis permittatur exire: et hoc fiat in omnibus pedibus claudicantibus, si videbitur expedire; post extractionem sanguinis congruentem et constrictionem, impleatur vulnus sale minuto, et supra sal in vulnus positum ponatur stappa in aceto infusa, subsequenter ligetur pes bene cum aliqua petia ut, scilicet stappa in aceto infusa, a vulnere separari non possit, et usque ad duos dies nullatenus dissolvatur; postmodum curetur vulnus cum pulvere gallæ vel myrti vel lentisci, mutando bis in die; abluto tamen prius vulnere cum aceto. Semper autem custodiatur equus a sordibus et ab aqua, donec ipse sanetur.

CAP. CXXX. — De Dissolaturis unguarum.

Aliquando contingit humores ad pedes confluere inter unguas occasione infusionis, et propter incongruam curam diu morantur ibidem et antiquantur in loco, quod periculosum existit. Cura. Pedes claudicantes penitus dissolentur, ut humores et sanguis inclusi ibidem evacuentur ad plenum. Igitur solea subtus ungulam undique circa extremitates circuitus unguæ cum rosneta congrua incidatur. Deinde solea pedis circumincisa violenter extrinsecus extirpetur, qua extirpata, dimittatur unguula ad libitum sanguinare; deficiente sanguine, stappa cum albumine ovi infusa intromittatur habundanter in vulnus, totum pedem læsum cum pecia bene ligando, et usque ad duos dies cum tali medicamine dimittatur; postea, loto vulnere cum aceto fortissimo aliquantulum calido, statim de sale minuto et tartaro, bene tritis et æqualiter sumptis, vulnus totaliter implea-

vena delu pede, che vane locu, se ronpa, e rocta la vena lassa issire lu sangue fine che lu cavallu adevellisca. E questu se faccia a tucte quelle pede che zoppeca, se pare che sia convenevele. E poi ch' ene tractu lu sangue convenevèle, inplase la plaga de sale minutu, et supra lu sale se pona la stuppa infussa in dell' acetu, et leghese lu pede bene c' una pecza, chè lu sale e la stuppa infussa in dell' acetu se non poza partire. Et usque a dui die per nulu modo se assoglia. E poi se cure la plaga cola pulve dela galla, voi de mortella, voi de lentescu, remutandulu dui fiata in die, tame se lave inprimu la plaga con acetu. E tuctavia se costoda lu cavallu da suzura et dall' acqua fine che sia sanatu.

CAP. CXXX. — Dele dessolature dell' unge.

Spesse feata li humuri scurrenu ali pedi inter l' ungu, per accasiune de infusione, et per la non convenevele cura li umuri longu tenpu demoranu in quellu locu et anticacese, la quale cosa ene pericolosa. La cura: lu pede zoppecante appestuctu se dessole, chè li humuri e lu sangue inclusu in quellu locu se n' esca pleneramente. Adunca la sola de sucta all' ungia d' onne parte ala extremetate deturnu all' ungu c' una rosenecta convenevelemente se taglie. E de lenne la sola delu pede, poi ch' ene tagliata deturnu, violentemente se sterpe da fore. E, poi ch' ene sterpata, lassa issire lu sangue dell' ungia quantu te place. E, mancante lu sangue, la stuppa cul' alvume dell' ovo ce se mecta habundantemente in dela plaga, legando tuctu lu pede c' una peza, et lassalu stare dui die con questu medecamentu. E lavatu la plaga cull' acetu

tur, eum bene ligando cum petia, nec usque ad tres dies aliquid renovetur. Post appositionem autem salis triti et tartari, superponatur stappa in aceto fortissimo madefacta, deinde bis in die in aceto fortissimo calido pedis læsio abluatur, et superaspergatur de pulvere gallæ vel myrti vel lentici vel tartari; nam carnes consolidant, et humores constringunt; et usque ad consolidationem carnium et renovationem ungulæ talis cura procedat, custodiendo pedem læsum a sordibus et ab aqua. Potest et aliud unguentum fieri ad consolidandum carnes et constringendum humores, quo non est utendum nisi post appositionem salis et tartari: Recipe olibanum, masticem, picem græcam, et aliquantulum sanguinis draconis, et misceantur cum cæra nova liquida et cum tantundem de bono sepo arietino, bulliant ad invicem, et fiat inde unguentum, et de tali unguento, aliquantum calido, utere ad consolidandum carnes et constringendum humores. Et nota quod multæ atque diversæ infirmitates, vel læsiones, pedibus equi eveniunt, propter quas necessario oportet ungulas dessołari, quod cum acciderit, et ungulæ dissolantur, prædictis medicaminibus curentur. Et est sciendum quod ad omnes ungulas augmentandas et humectandas, et ut ad ferrandum melius incidentur et pro velle melius præparentur, potest fieri emplastrum quod sequitur: Recipe malvam, parietarium, surturem et sepum arietinum, quæ omnia simul bulliant eadem sepius agitando; de tali autem decoctione calida ungulæ totaliter involvantur, pluries eadem renovando.

forte, unu pocu callu, et incontentente la plaga se inpla de sale minutu et de rasia ben tritu, et gualemente recepute, legandoce bene una peza, et non ce se renove chibelli usque a iij die. E dapoi che c'ene postu lu sale e la rasia, ponacese la stuppa infussa in dell' acetu fortissimo, et de lenne dui fiate in die se lave con' acetu fortissimo la lesione delu pede, et spargacese pulve de galla, voi de mortella, voi de lentescu, voi de rasia, ca la carne se resolla, et li humuri se strengenu. Et usque ala consolidatione dela carne, et ala renovatione dell' ungia, cutale cura ce se faccia, guardannu lu pede lesu tuctavia dala suczura e dall' acqua. Pocese fare un' altru unguentu arresolare la carne et a conestrengere li humuri, lu quale non ene da usare forsia nanti ce non fosse postu lu sale e la rasia: Recipe lu incenzu et la mastice, e la pece greca et unu pocu de sangue de dracone, e mestichese cola cira nova liquida, et altretantu de sevo mottonino, et bullanu insenmura, et facciasenne unguentu, et de cotale unguentu, unu poco callu, usa ad resollare la carne et a conestrengere li humuri. E nota che multe et diverse infermetate, voi lisione, avene ali pedi deli cavalli per le quale de necessitate se opu desolare le unge. Che quannu abene, e l' ungie se dessolenu, curese cule decte medicamenti. Et ene da sapere chè tucte l' unge crescanu, et 'aianu plu humorë et in meliu se aconcenu a ferrare, et che megliu se taglenu, pocese l' enplastu fare che sequeta: Recipe la malva et la paritaria, e la brenna e lo sevo mottonino, e tucte queste cose bullanu insenmura, et de cotale decotione tucte le unge senne involva, renovanducela presure volte.

CAP. CXXXI. — De mutationibus ungularum.

Accidit plures ex negligentia Marescalchi quod humores fluentes ad pedes, et ibidem diutius interclusi, instantum inter ungulas antiquantur, quod necessario ungulam a tuello intrinseco separant et evellunt, viam querentes exeundi, et, cum non habeant, cogitur patiens equus læsam ungulam immutare. Aliquando contingit quod ungula læsa separatur penitus a tuello, et illud accidit propter fumositatem humorum multorum ad ungulam defluentium; et quandoque ungula paulatim se dividit a tuello, et, cooperante natura, nova ungula renascitur veterem propinquo consequens, quod ex humorum paucitate contingit. Cura. Statim vetus ungula cum rosneta circumcirca modicum incidatur ubi iungitur cum novella, ita quod vetus ungula, quæ sortis est et dura, non laedat vel comprimat teneram vel novellam; deinde recipiantar duæ partes de sepo arietino, et tertia pars cæræ, et cum modico olei olivarum insimul bulliant donec fiant unguentum; de tali autem unguento, aliquantulum calido, bis in die nova ungula inungatur (et nota quod dictum unguentum ad augmentationem et renovationem omnium ungularum habile reperitur) custodiatur tamen ungula a sordibus et ab aqua; et prædicta cura adhibenda est donec prædicta ungula fuerit bene mutata. Item ad augmentationem et renovationem ungularum, fac unguentum positum in capitulo proximo de seta seu setula, quod incipit: « Recipe radicis consolidæ libram I., radicis eboli libram I. et semis » et cetera, quod mirabiliter operatur. De ungula vero, quæ illico dividitur a tuello, et penitus cadit, multa, propter moræ dispendium, dicere prætermitto:

CAP. CXXXI. — Dele mutatione dell' unge.

Presure fiate abene per negligentia delu marescalcu che li humuri scurrenti ali pedi, e locu luntanamente interclusi, tantu se antiqua inter l' onge, che de necessetate parte lu tuellu dall' ungia et carpelu, cercante la via d' essirene, et, concesia cosa che illu non aiano la via, de necessetate se convene de mutare l' ungia lesa. Alcuna fiata abene, che l' ongia lese se parte actuctu dalu tuellu, et quellu abene per la furia de multi humuri currente all' ungia. Et alcuna fiata a pocu appocu parte l' ungia delu tuellu, et la natura operante renasce la ongia nova consequetante appressu l' ungia vecchia, la quale cosa abene per poche humuri. Curalu: incontente la unghia vecchia se tagle cula rosnecta deturnu inturnu, dove se ionge coll' ungia novella, sechè l' ungia vecchia non noccia ala ungia nova, et de lenne se recipa due parte de sevu montonino, et terza parte de cira c' unu pocu d' olio de oliva, et bullanu insenmura fine che se faccia unguentu. E de cotale unguentu dui fiata in die se unga la ungia nova. E nota che lu dectu unguentu ad crescere et arrenovare tucte l' unge se trova asevele. Tame se guarda l' ungia dale soczure et dall' aqua. Et ecce da fare la dicta cura finechè l' ongia sia bene mutata. Item ad crescere et a renovare l' ungie: lu unguentu postu infra capitolu prossimu, lu quale cusì se comenza: » Recipe de radicina dela consolidata libr. j. la radicina deli gebli libr. j. et §. » ecc. miravagliosamente ce opera. De la ongia, la quale se parte veracemente locu da lu tuellu... multe cose lassu per custumanza delu dispendiu. Tame alcunu remeiu se

aliquid tamen remedium invenitur, quod tale est: Recipe picis græcæ, olibani, masticis, boli armenici, sanguinis draconis et galbani æqualiter, pulverizentur omnia et liquefiant cum duabus partibus sepi arietini et tertia parte cæræ, insimul omnia agitando. Deinde accipiatur pannus lineus fortis, et immittatur totus in confectione prædicta, et totaliter infundatur; de tali panno, sufficienter in huiusmodi confectione involuto, fiat capellum, seu sotular, ad modum tuelli et pedis ungulæ, et desuper imponatur, ita quod tuellus sit semper in concavitate capelli, seu sotularis, et bis in die, capello, seu sotulari, extracto, abluatur cum acetato fortissimo aliquantulum tepefacto, iterum, immisso capello, seu sotulari, super tuellum, semper cavendo ne tuellus ab aliquo duro feriatur. Verum, quia equus propter amissionem ungulæ super pedes diu stare non potest, fiat ei cubile, vel stratum, de palea longa ut pro velle quiescat. Et, si equus recte stare non posset (semper autem iacere nimium tediosum foret atque damnosum), paretur, ut stet rectus artificialiter, tali modo: Accipe quatuor brachia panni fortis et grossi canapini, et, si expedierit, fiat fortius cingulis ibi sutis, et sub pectore et ventre equi pannus taliter collocetur, quod amplitudo panni a medietate ventris usque ad extremitatem pectoris protendatur, deinde ligentur funes in utroque capite panni et suspendantur, ligando bene, ad trabes, taliter quod totum equi corpus substineatur a panno et funibus supradictis; equus tamen, quantum sum posse fuerit, leniter premat terram. Et sic, iuvando naturam cum artificiis prædictis, pro renascendis ungulis remedium poterit inveniri. Et nota quod in omnibus ægritudinibus, quæ equum prohibent stare pedibus, prædicto artificio panni, vel funium, congrue poterit adiuvari. Item. Si ungulæ duræ fiant post re-

trova ch'è così. Recipe pece greca, de incensu et de mastice et de volu armenicu et de sangue de dracone et de galbanu, et de tucte se faccia pulve et stenprese cun due parti de sevo muntonino, et terza parte de cira, et insenmuramente tucte mestecandole. Et agi unu pannu de linu forte et mectase lu pannu na confectione et tuctu ce se infunda. Et de cotale pannu sufficientemente infussu in questa confetione facciase unu cappello, voi unu calzarectu, a modu delu tuellu et de l'ongia delu pede, e ponaglese de supra si che lu tuellu sia tuctavia in dela conquavitate delu capellu, voi delu calzarectu; e, due fiata in die scalzatu, lavese cull' acetu fortissimu, unu pocu callu, et un'altra fiata missu lu cappellu, voi lu calzarectu, supra lu tuellu guardannose che lu tuellu se non fera d'alcuna cosa dura. Certe, ca lu cavallu per lu perdimentu dell'ungia non po' stare moltu supre deli pedi, facciaglese unu lectu de paglia longa che se repose quandu vole. E se lu cavallu non pove stare rictu in pedi, e tuctavia iacere gle fora tropu crescentu e farriagle dannu, acuncesse artifitialemente che stea in pedi in cotale modo. Agi quactru braccia de pannu grossu de cannuva et forte, et, se ene convenevele, fortifechese cun cinculi, voi corde, cusiti locu, et sulu pectu, et sulu ventre delu cavallu, lu dectu pannu se acconce cusine, che la lateza delu pannu da mezu lu ventre usque a mezu lu pectu se stenda. E de lenne se legue le fune innamura le capura delu pannu, e leguese bene alu travu che tuctu lu corpu delu cavallu sustengia. E tame lu cavallu quantu ligera mente po' premere li pedi in terra tantu ligeramente ce li prema. E così aiutandu la natura cul' artifitij dicti, pre renascere l'unge lu remeiu se po' trovare. Et nota che in tucte le infermetate, le quale veta lu ca-

novationem ipsarum et fortes, facias decoctionem, seu emplastrum, quod sequitur: Recipe pulverem gallæ et tantundem de surture et cum aceto fortissimo bulliant insimul agitando, miscendo ibidem aliquantulum salis; de tali vero decoctione pes equi universaliter involvatur cum aliqua pecia ampla de lino ligando, bis in die tantummodo renovando.

CAP. CXXXII. — De setula sive seta.

humure superfluu fane in dela carne forami acuti, comu fane in terra lu verme terrenu. E nasce per sanguine facente reuma fore dale vene; et alcuna fiata si nasce per plaga, voi per culpu, se infra dui misi non sarrà curatu; e cusì in de locura concavate, cusì comu ene intre le spalle et in dele latura; e sole abenire per compangia deli cavalli habente la farcina, et ene infermetate apprenhenciva. La cura: se la infermetate sarrane dala parte denante delu corpu, et pre habundantia de sangue se percepe, unne multe feata recepe nassimintu, e allura se sange dela vena delu collu. Et se la infermetate sarrane in dele ganme, sangese delu pede. E se la infermetate non sarà nè in dela concavitate dell' ossa, voi deli musculi, ma in locu carnusu, allura tagliare et scuprire onne callusitate nascusa ene bene, et poi tagliarela culu ferru; e facciaglese une enplastu de mele et de vetella d' ova, et de farina et de agrimonia. Contra la farcina in delu cavallu, voi in dell' omu, la pulve provata: Recipe de draganti, de boli, et de solfu, et de galla, et de fulligine, de onne una 3. j. et de calce, et de mirra, et de incensu, et de actramentu, et de pece greca et de cornu de cerviu, et de astorlogia longa et dela rotonda, et de frundi de mori, et de scorci de melu granatu, et et de gessu, de terra, et de sale, et de sapone, de onneuna unc. ij., et de pane d' ori, et de cocchie d' ova arse in pergamencio unc. iij. et duci de supra li pulmaccioli. E nota che se lu verme sarane in de alcuna plaga, lu pulve delu elebori blancu, infussu in dell' acqua, li occide. Ma ene da fare in delo principiu, et quandu mancha, in delu meczu none. E nota che all' animale castrate none da fare minutione, forsia non fosse granne necessetate ad illi, lu sangue se assema e la fregedetate se gle acresce, et lu sinnu ene dele

cum aqua parum humectentur, et dentur equo ad transglutiendum; et emplastrum, factum de anancia et radicibus raphani ana, super infirmitatem, pilis abrasis, ligetur, sicque fiat bis in die mane et sero, donec infirmitas omnino desicetur; interim autem hordeum et paleam, vel fænum duræ terræ, comedat, et a præbenda et potu optime custodiatur.

CAP. CXLVII. — De verme antieor dicto.

Accidit multotiens propter magnam quietem equi, maxime si equus fuerit bene præbendatus, et minutio non præcesserit in tempore constituto, quod multi humores superflui in eo generantur, propter quod aliquando violentus humor in vasis sua furiositate et multitudine stare non potest, sed derivatur ad loca concava, videlicet spiritalia, ubi sunt spiritus, et circa cordis casulam coadunatur: et quia multus est humor et vigore virtutis compulsivæ cordis non potest totus expelli, sed quedam pars ad exteriora transmittitur, videlicet ad pectus, quæ ibi tumorem generat; qui, si collum occupaverit, pravum signum est, quia erit signum mortis: pars vero altera in casula cordis existens putrescit; putrefacta autem ipsa, corrumpt substantiam cordis, et sic mors sequitur, unde hæc passio cordis suffocatio vocatur, hoc est Anticor. Signa vero cognoscendi hanc ægritudinem sunt ista: Caput tenet demissum ita quod vix videtur posse caput subtinere. Item

castrate animali le venie, che sono assoctugliate. Item a quellu medenmu: tre pugilli de garofolata et trene de plantagene, et unu pugillo de rafanu; pistese bene et infondase c' unu pocu d' acqua, et dease alu cavallu ad ingloctire, e lu enplastu, factu de avantia et dele radicine deli rafani ugualemente, leguese supre la plaga et radasenne li pili. E facciase dui fiata in die la demane et la sera, et lu secundu die, fine che alu pestuctu la infermetate sia dessecata. Et inter tantu lu cavallu manduche orio et paglia, voi fenu de dura terra, et guardese optimamente da prebenda et da vevere.

CAP. CXLVII. — **Delu verme che se dice antecure.**

Multe fiata abene alu cavallu per lu grande reposu, et spitialemente se lu cavallu sarrane bene apprebenatu, et nogle sia facta sangia in delu tenpu ordinatu, perciò che multi superflui humuri se genera in delu cavallu, per la quale cosa alcuna fiata lu violentu humure non se po' retenere, per la sua furosiitate et multitudine, in dele locura, ma senne vane ale locura concavate, cioene ale locure spiritale, dove sone li spiriti, et adunace in dela casa delu core. E perciò che lu humore ene multu e per lo vigore dela virtute expulsiva delu core non senne pone tuctu scacciare, ma una parte se ne mande da fore, cioene alu pectu, et genera locu tumore; lu quale se piglia lu collu ene pravo sinnu, ca ene sinnu de morte. E ladra parte, demorante in dela casa delu core, fane sania; e facta la sania, currupe la sustantia delu core et cusì sequeta la morte, unne questa passione se chiama soffocatione de core, cioene lu nante core. E

equis perdit appetitum. Item in pectore patientis equi apparet manifestus tumor quidam. Et debes scire quod ille tumor, seu glandula, quæ manet in pectore equi iuxta cor, nimium augetur propter humorum multitudinem confluentem ibidem, ad partes alias nullatenus derivantem, et talis tumefactio, vel augmentatio glandulæ, subito redigitur in apostema; et, quia vicina cordi satis existit, eidem continuo adversatur, et, nisi patienti celeriter succurratur, cor equi ab apostemate prædicto facilius posset lœdi. Dicitur autem hæc infirmitas Anticor, hoc est contra cor. Cura. Ante omnia fiat minutio de vena femoris interius, postmodum fiant duæ incisiones per longum sub tumore ut humor ille egrediatur; exercitetur etiam modicum ut calore exercitii humor dissolvatur, et a vento custodiatur, quia de facili spasmus superveniret. Item ad idem: Setones ponantur inter femora, et ducantur donec vulnus sanetur; et, si tempore sanitatis equi hoc fiat, ab infirmitate anticoris præservabitur. Item ad idem. Sive equus infletur sub pectore, sive sub ventre, perfora tumefactionem cum phlebotomo per duas partes, vel per quatuor, et transmitte aliquod ferrum longum, deinde immitte setones, et ducas donec vulnus spumet; et id sæpe fiat donec sanetur. Ad hoc autem ut inflatio seu tumor detumescat, et humor ibidem permanens dissolvatur et consummetur, tale fiat emplastrum: Recipe brancham ursinam, absinthium, hederam terrestrem, malvam, spargulam rubeam minorem, et rutam cum suis radicibus, deinde decoquantur omnia simul valde bene, et ponantur omnia tepida super inflationem ad modum emplastri, quia sine dubio inflationem, seu tumorem, dissolvent. Si equus habuerit guttam, vel inflaturam, in tibiis, accipe radicem filicis et tere cum melle et axun-gia, et fac unguentum et unge. Item potest subveniri

li sinna de conoscere questa infermetate sone queste: Lu capu tene remessu et pare che lo ne poza sustener: e perde l' appititu , et appare in delu pectu delu cavallu tumure manifestu. E deve sapere che quellu tumure , voi glandula , che stane in delu pectu delu cavallu appressu lu core , cresce troppu per la multitudine deli humuri scurrente et non correnti all' altre parti. Et cutale tumore , voi acresiemmentu de glandule , subitamente se raduce in postema; et ene assai vicinu alu core e tuctavia glene contrariu. Esse segle non soccorre vivacciamente , lu core delu cavallu dela decta parte leieramente po' avere lesiune. E dicese questa infermetate nante core , cioene contra lu core. Cura: innanti che nulla cosa segle faza , sangese dela vena delu pitinicchiu de intru e facciaglese due tigliature in longu sulu tumure , chè quellu humure senne esca. E fatighese unu pocu , chè per lu calore dela fatiga lu humure se dessoglia. E guardese dalu ventu , ca ligeramente porria suvvenire lu spasmu. Item a quellu medenmu: mectaglese li lacci inter lu pictinichiu et menecese finechè la plaga sia sanata. Et se in delu tenpu dela sanetate delu cavallu segle fane questu , serva lu cavallu dala infermetate delu nanti core. Item a quellu medenmu: voi se lu cavallu se infla sulu pectu , voi sulu ventre , pertunni lu tumure culu fletumu pe dui parti , voi pe' quactru se convene , et mictice unu ferru longu , et po' lu ferru micte le setune , et menale fine che la plaga spume. E questu fane spessu fine che se sane. Acciò che la inflatione , voi lu tumure , stunmedisca et lu tumure se dessoglia et consumese , facce cutale enplastu. Recipe la branca ursina , lu assenzu et l' elera terrena et la malva , la sparvola ruscia minore , et la ruta cola radicina. E coci bene onne cosa insenmura et pon-

infirmitati anticoris per alium modum: Statim igitur quod glandula seu tumor videbitur subito ingrossari et quasi cum furore plus solito augeri, et plerumque totum corpus tumescere multum, ex pectore absque mora prædicta tumefactio radicitus extirpetur sicut vermis, et vulnus curetur, sicut supra de Verme dictum est, exceptis setonibus et equitatione et frigida mansione, quibus nullo modo utatur; et quia hæc infirmitas, seu apostema, satis vicina cordi existit, debet cum summa diligentia custodiri. Si vero ex eius apertione vena aliqua prorumpat in sanguinem, capiatur vena et, stricta bene manibus, filo serico fortiter alligetur. Si vero, propter abundantiam sanguinis, vena capi non possit, mittantur in vulnus medicinæ (positæ supra in rubrica, seu capitulo, restringendi fluxum sanguinis) ad sanguinem restringendum.

CAP. CXLVIII. — De dolore ex superfluo sanguine.

Accidit equo alia ægritudo, quæ intra corpus equi accidentaliter generatur, adducens intra corpus equi dolores et torsiones multimodas, quæ accidunt equo ex superfluitate corrupti sanguinis intra venas inclusi. Et hic dolor inflationem corporis et iliorum non inducit, sed venæ patientis inflantur, et equus cogitur eiicere se in terram. Cura. Cum videtur equus dolere intus in

segle tepegle supra la infatione a modu de enplastu, ca senza dubiu dessoglerane la inflatione, voi lu tumure. E se lu cavallu averane gucta, voi inflatiune, in dele ganbe: agi la radicina dela felce, et pistala culu mele et assungia et fanne lu uuguentu et ungela. Item: poigle subiniri ala infermetate delu nanticore per altru modu. Incontenente che la glandula, voi tumore, pare che ingrosse et quasi crescere con furore, e crescere plu che non sole e ispessamente tuctu lu corpu inflare multu, senza ademoraanza la decta inflatiune se sterpe dalu pectu dala radicina. comu lu verme. E la plaga se cure comu ene dectu de supre delu verme, scectuatonne li setone, e lu cavalcare, et lu locu fregedu, chè queste cose niente le use. E ca questa infermetate ene vicina alo core, et devese guardare con grande diligentia. Esse quandu apre, se ronpesse alcuna vena in sangue, piglese la vena et strectu bene con mane leghese culu filu dela seta fortemente. Esse per la habundantia delu sangue la vena se non po' piliare, mectase in dela plaga le medicine, poste de supra in dela robrica da restrengere lu sangue, ad restrengere lu sangue.

CAP. CXLVIII. — **Delo dolore dela superfluitate
dello sangue.**

Un' altra infermetate abene alu cavallu, la quale se genera accidentalmente intru dalu corpu delu cavallu, aducente intru in delu corpu delu cavallu doluri, et torsione multi, le quale abene alu cavallu per superfluitate de sangue corruptu inseratu intre vene. E questu dulure non fane inflatione de corpu, nè de flancora, ma se infla le vene, et lu cavallu se iecta

corpore incessanter absque tumefactione aliqua iliorum, respiciens ilia circumcirca, tunc de vena, quæ tigrarica dicitur, videlicet prope cingulum, ab utraque parte corporis minuatur, deinde ducatur ad manus parvo passu, et non comedat neque bibat donec dolor dimiserit eum ex toto.

CAP. CXLIX. — De dolore ex ventositate.

Fit aliquando dolor ex ventositate subintrante pluries per poros corporis propter laboris calefactionem et sudorem in corpus equi, adducens in locum iliorum et quandoque corporis tumefactiones immensas, unde equus affligitur vehementer. Et hæc passio dolor ex ventositate dicitur. Cura. Accipiatur canellus de canna, grossior qui potest haberi, ad longitudinem unius palmi, et, inunctus oleo, immittatur in anum patientis equi: maiori parte cannoni intromissa in ano, ligetur optime cum aliquo filo forti in capite caudæ, ne cannonus exire possit; deinde statim equitetur cum festinantia versus loca montuosa trotando et diu ipsum equitando cooperatum decenter, et bene fricentur primo ilia optime manibus oleo calido madefactis, ut sic, trotando, equus calefiat, et per cannonum, existentem in ano, assumptam ventositatem emittet; deinde cibandus est calidis, sicut grano frumenti, spelta et fæno, et potetur aqua in qua decoctum sit ciminum et semen fæniculi in bona quantitate, et aqua, aliquantulum infrigidata, ministretur cum modica farina frumenti decenter, et tamdiu patiens a potu abstineat, donec aquam illam bibat, semper etiam usque ad convalescentiam procuretur

in terra. Cura: quandu lu cavallu se vederane che agia dolore intru in delu corpu che non cesse, senza inflatione de flancora, sguardantese le flancora deturnu, allura se sange dela vena che se dice cigratia, cioene appressu le cenge, dall' una o dall' altra parte delu corpu, et delenne se mene anmane appizulu passu, et non manduche nè beva fine che lu dolore lu lasse actuetu.

CAP. CXLIX. — Delu dolure dela ventusitate.

Fase alcuna fiata doluri per ventositate intrante presure feata per li pori delu corpu, per scallare e sudare de fatiga, aducente grandi tumuri in delu core, et in dele flancura et alcuna feata in delu corpu delu cavallu. Unne lu cavallu se affige fortemente. E questu dulure ene de ventusitate. Cura: agi unu cannellu de canna plu grosso che se po' avere, longu unu palmu et untu d'olio et mectaglese nu fundamentu la maiore parte delu candulu et legese fortemente c'unu filo fortemente in capo dela coda, chè lu candulu ne non poza issire. Et incontenente se cavalche, vivazamente troctandu per le locura montuosa, et cavalcandu illu sia copertu convenevelemente, et frechese bene inprimu le flancora unte bene le mane de olio callu. E cusì troctandu, lu cavallu se scalle, chè per lu cannellu cacce fore la receputa ventositate. E de lenne egle da dare anmanecare civora callide, comu ene granu, spelta et fenu, e beva l'acqua in dela quale sia coctu lu ciminu e la sementa delu finochiu in bona quantitate. E mestechese cull'acqua, unu pocu fredata, unu pocu de farina de frumentu commenevelemente. et tantu se sustengia lu cavallu

ei locus calidus pro quiete; et prædicta cura utatur donec a dolore liberetur.

CAP. CL. — De dolore ex nimia comeditione.

Accidit etiam dolor equo ex superflua comeditione hordei, vel sui similis, indigesti, intra ventrem torsiones et inflationes inducens acerrimas et diversas, illaque affligens continuo intantum, quod vix potest equus erecte stare quin cadat in terram et iaceat; et hoc fit ex superflua comeditione hordei indigesti et in ventre tumefacti. Cura. Recipe malvæ, violæ, parietariæ, branchæ ursinæ, seminis fæniculi, vel anisi, mercurialis in æquali quantitate, et coquantur in aliquo vase, et ponatur de sale, melle et oleo in bona quantitate et de furfure tritici, et agitantur insimul. Deinde aqua decoctionis ponatur in aliquo urceo, et fiat inde sibi clystere cum instrumento ad hoc apto, per quod prædicta aqua, decenter calida, iniiciatur in ventrem equi, sed stet equus altior ex parte posteriori quam anteriori, ne aqua, per clysterem immissa, possit exire, sed melius possit per ventrem discurrere; quo facto, statim obtutetur anus stuppa sufficienti, ne aqua aliquo modo possit exire. Postea vero, dum sic manet, cum ligno rotundo et bene polito venter equi suffcienter ducatur a duobus hominibus, uno existente ab una parte, et altero ex alia, et incipientibus ab anteriori parte usque ad posteriorem, lignum prædictum versus ventrem viriliter imprimenda, prius tamen venter equi oleo calido, vel aliquo alio unctuoso, bene inungatur. Postquam autem venter equi fuerit bene ductus et convenienter fricatus, depilato ano, equus parvo passu versus loca

che non beva, che beva volinteri questa acqua. E tuttavia gle sia data locu callidu, fine che sia sanatu. E siagle facta la dicta cura finechè sia liberatu.

CAP. CL. — Delu dulure dela superfluitate de manecare.

Dolore vene alu cavallu per multu manecare de orio non digestu, inducente intru in delu ventre tortione crudelissime et diverse, et affligente le flancura continuamente, intantu che appena lu cavallu pone stare dirictu, che non caia in terra et iaccia. E questu se fane per multu manecare de orio non inductu et inflatu in delo ventre. Cura. Recipe de malva et de pedi de viole et de paritaria et de branca' ursina et de semente de fenu et de olio, voi de anaci, mercoriale inguale quantitate. E cocase in unu vasu, et mectacese de sale et de oliu et de mele in bona quantitate, et de brenda de granu, et mestechese in sensmura, et delenne dela decotione voi aqua se meeta in unu pigniatu et faglene cristeru, et la decta aqua sia messa in delu ventre delu cavallu c' unu instrumentu acciò factu. E lu cavallu stea plu alto de retu che denanti, chè l' aqua messa pelu cristeru che non ne esca, ma pocza megliu correre pe lu ventre. E poi ch' ene messa l' aqua, acturese lu fundamentu cula stupa chè l' aqua non ne esca. E mentra lu cavallu stane cusì, siagle menatu lu ventre c' unu lenu rutundu et bene da dui homini, unu de qua et l' altru dellane, comenzante dala parte denante et vada culu lenu usque ala parte de retu premenducelu; in primamente untu lu ventre delu cavallu de olio callu, voi de altra untione se unga. E dapoi che lu ventre delu cavallu ene ben menatu, et commenevelemente

montuosa equitetur, donec eiiciat, vel egerat, omnia quæ in ventrem ipsius immissa fuerant et magnam partem de aliis; et sic dolor cessabit, quoniam, cessante causa, cessabit effectus. Ad idem: Recipe duos pugillos salis, et mitte in uno urceo pleno vino, et simul bene misce, deinde mitte dictum vinum cum sale mixtum in os equi ut totum recipiat, postea facias suppositorium de porro inuncto ex sapone nigro.

CAP. CLI. — De dolore propter indebitam retentionem urinæ.

Contingit aliquando dolor equo ex indebita retentione urinæ, vesicam inflans, torsiones graves inferens et dolores, cum parva tamen inflatione circa locum virgæ, absque tumefactione aliqua iliorum et corporis, propter quod equus cogitur satis et crebre ducere ilia, et se iactare in terram. Cura. Recipe senationes, cretanum, parietarium, radices spargi et brusti ana, bulliant omnia simul in aqua, et ipsis decoctis sufficienter, circa locum virgæ ponantur cum fascia longa et lata et calida, ligando dictam fasciam super dorsum equi, et hoc fiat sæpe; et cum fuerit infrigidata, imponatur alia calida donec provocetur urina. Item ad idem: Valet satis si virga patientis equi manibus unctis oleo extra-hatur, et postmodum fricitur oleo tepido competenter: deinde teratur aliquantulum piperis cum aleis et infra foramen virgæ, cum auriculari digito, imponatur. Item ad idem et melius: Cimices triti, et paulatim cocti in oleo, intra foramen virgæ ponantur. Si prædicta non iuvant, tunc patiens equus libere cum aliquo iumento in stabulo dimittatur, ut, ex voluptate coeundi, patiens provocetur

frecatu, sturatugle lu fundamentu, cavalchese appisulu passu pe locura montuose fine ac tantu che reaccie fore bene l' acqua delu cristeru, et grande parte de l' a'tre cactivitate. E cusì cessarane lu dolore, cessante la causa cessa lu effectu. A questu medenmu: Recipe dui puina de sale, et mictili in unu pignatu plenu de vinu, et mestecalu insenmura. E micte lu dictu vinu in 'na vocha delu cavallu, chè tuctu la recipa; e poi gle fane lu supustame de porru untu de sapone niru.

CAP. CLI. — De dolore per multe retentione d' urina.

Abene alcuna feata dolore alu cavallu, per lu retenere dela urina, inflante la vessica, faciente grave torsione et dolore, tame con poca inflatiune alu locu dela verga, senza tumore de flancora et de corpu, per la quale cosa segle mena le flancora, et iectase in terra spessamente. Cura. Recipe senatiune, cretanum et la paritara, et la radicina delu sparantu et deli bruschiali gualemente, bullano tucte insenmura in dell' acqua, et poi che so' bene cocte sufficiente, ponase alu locu dela verga c' una fassia longa et lata, e leghece calle, e la decta fassia se leghe supra lu dossu delu cavallu. E questu se faccia spessu. E poi ch'ene refreda, ponacese l' altra calla finechè stalle. Item: a quellu medenmu vale assai, se la verga se trane fore cule' mane unte cull' ogliu; e frechese cun olio tepegliu commenevele; e trictese unu pocu de pepe et de aglj, et mectase in delu furame dela verga colu deto menare. L' altru e meglore: li cimici pisti et unu pocu cocti cull' olio mectase in delu forame dela verga. Et se queste decte remegia ce non iuva,

ad urinam. Et nota quod hoc remedium contra dolores singulos utile reperitur; quoniam voluptas coitus vires corroborat, et membra confortat. Item contra dolorem ex ventositate et retentione urinæ: Valet multum si unum manipulum savinæ bene tritæ distemperetur in oleo vel bono vino, et iniiciatur in ventrem equi per os. Magister Maurus aliter prosequitur materiam istam, et dicit quod dolor in equo nihil aliud est quam colerica passio; ab aliis etiam vocatur Strophus, ab aliis vocatur Truncatio, eo quod intestina, ex tali passione, sæpius truncantur. Procedit autem hæc passio, ut ipse dicit, quandoque ex multa esca sumpta, quandoque ex paucitate seu defectu ipsius, quandoque ex festinato potu post escæ assumptionem, interdum ex multo labore post potationem. Tunc cognosces quando ista infirmitas accidit ex multa esca assumpta, quando annona non digeritur, unde ipsa indigesta fluit ad intestina, et ipse replet et aggravat; ventositas autem inclusa intestina obvolvit, ex quo equus dolores sentit immensos. Tunc autem cognosces quando procedit dicta passio ex defectu seu paucitate escæ, quando equo esca assueta non datur, unde, cum subito datur ei satis ad comedendum, equus cum magna aviditate cibum recipit, et in magna quantitate repletur, propter quod intestina replentur, quæ, ex cibo tali repleta, torsiones et dolores inducunt. Qualiter autem generentur dolores ex festinato potu post escæ assumptionem, et qualiter ex multo labore post potationem, ex his, quæ supra dicta sunt, cognoscere poteris. Signa qualiter cognoscere poteris equum, qui dolores patitur, sunt ista: Gurgulatio et torsiones nimiæ; item sæpe respicit equus ad loca in quibus dolores patitur, credens se dolere exterius; item venter equi tumescit et ingrossatur; item equus assellare nec stallare non potest; item equus fre-

mictelu in dela stalla con alcuna iomenta chè per voluntate de cuprire, pervengnia ad urina. E nota che questu remeiu ene utile at onne unu dolore, ca la voluntate de lu cuprire conforta le fortie et conforta le membra. Ancora contra lu dolore per ventositate et per la retentione dela urina valece multu se plena la mane de savina ben pista, se stenpre in del' olio, voi in bonu vinu, se iecte in delu ventre delu cavallu pela vocca. Ma Mastru Mauru prosegueta et dice in altru modu questa materia, che lu dulure in delu cavallu non ne altru se none la colica; et altri ne dice stropu, et altri ne dice trinciasune, perciò che l'intestina de cotale passiune se truncia spessu. E procede questa passiune comu ipsu dice, alcuna fiata per multu manciare, alcuna fiata per pocu, voi per defectu, manecare, alcuna fiata per vivazu bevere senza ademoranza po' lu manecare, et alcuna fiata per multa fatiga po' lu bevere. Et allora conoscerai quandu habene questa infermetate per lu manecare multu, quandu non induce la annona et vane non indigesta ali intestina, et renple ille et agravale. E la ventusitate inclusa in del' entistina volvese, lu cavallu poi se sente li grandi duluri. Et allura conoscerai quandu la decta passione procede per defectu, voi per pocu manecare, quandu alu cavallu se non dane l'accustumatu manciare; unne quandu subitamente se gle dane assai a manecare, lu cavallu recepe lu civo cun granne desideriu, renplese cun grande quantitate, perchè le intestini se renplenu, li quale repleni de de cutale civo, anno tortiune e doluri. In quale modu se genere li duluri da vivacciu vivere po' manecare et in quale manera da multa fatiga po' lu bevere, per queste cose, le quale so' decte, tu lo porrai conoscer. Li signa per le quale porrai congnoscere lu

quenter in terram se proiicit et revolvit, credens se ex hoc non dolere. Cura. Fiat ei minutio de vena colli, sive de naribus, deinde equitetur aliquantulum per loca arenosa, et per ascensus et descensus, et per loca lapidosa et marmorea, ut cibi descendat ad fundum stomachi et calor naturalis confortetur. Si vero equus ex hoc non convaluerit, ponatur in stabulo bene calido, et ibidem dimittatur, nec detur ei potus neque cibus quousque inflatio recedat, et cesset voluntas revolvendi se per terram. Et nota quod debet non permitti equus se nimis revolvere per terram, ne, ex tali violentia, intestina rumpantur. Item, experimentum mirabile ad dolorem equi, vel alterius animalis, patientis dolorem: Recipe urinam pueri virginis, et in gutture animalis tres vel quatuor guttos proice ita quod ingrediantur in eius ventrem; et liberabitur. Item ad idem. Recipe cyclamen et ex eo facias stupiginum, sive tastam, quod inungas oleo communi; deinde ponas in sexu equi ad hoc ut ea, quæ sunt in ventre equi dissolvantur et exeant. Item ad idem. Abluat sæpiissime sexus equi cum aqua salsa, et per cannellum, seu clysterem, dicta aqua immittatur in corpus equi, et hoc ipsum etiam facere poteris cum sapone albo immittendo ipsum, cum prædicta aqua immixtum, in corpus equi cum cannulo seu clysteri. Item ad idem. Fac unum lignum et inungas ipsum oleo communi, deinde sic inunctum, in intestinum mittatur, postmodum paulatim volvendo extrahatur ut egestiones cum ventositate foras exeant. Item ad idem. Habeas allia et cum saxifragia simul bene pista, deinde emplastrum ipsum supra genitalia pone, quia urina mirabiliter provocabitur; fiant etiam et alia remedia superius posita ad provocationem urinæ. Item ad idem. Accipe duos pugillos salis et unum urceum plenum vino, et insimul misce, et mitte

cavallu che ane dolore sono queste. Gurgugliare e le granne tortione. Item spesse feata lu cavallu sguarda alu locu dove se dole, credendose recipire dulure factu da fore. Item lu ventre gle intomedisce et ingrossa. Item non po' fumare nè stallare. Item spessamente se iecta et revolvese, credentese per questu non dolere. La cura: sangese dela vena delu collu, voi dele nare, et de lenne se cavalche unu pocu per le locura, renose per salire et asciendere et per locura pretose, chè lo civu descengia alu fundu delu stomacu, che se conforte lu calore naturale. E se questu non guarisse, mectase in una stalla bene calla et lassacelu stare, et non gle dare a bevere nè anmanecare fine actantu che la inflazione vada via et cesse la volutate de revolverese supra terra. E nota che non se deve lassare volvere lu cavallu troppu pe' terra, acciò che per cotale violentia li intestina se non rumpa. Item lu experimentu meravegliusu alu cavallu, voi de altre animale, abente dolore: Recipe la urina delo garzone vergine, et in dela gola delu animale ne iecta tre, voi quactrus gocti sichè gle vada in ventre, e sarrane liberu. L'altru: agi lu ciclame e fanne unu tastu, et ungelu de olio communu, e mictigelu in delu fundamentu, acciò che quellu che ene in ventre delu cavallu se dessoglianu et escanne. Ancora l'altru: lavese fortemente lu fundamentu delu cavallu cull' aqua salsa, et culu cannellu la decta acqua se mecta in delu corpu delu cavallu. E questu medenmu porrasi fare culu sapone blancu, mectendu lu sapone mestecatu cull' acqua in delu corpu delu cavallu culu candulu, voi culu cristeru. L'altru: fane unu lenu et ungelu de olio cummunu, et cusì untu, mectase 'nu fundamentu delu cavallu, e poi volvendu a pocu appocu se ne traga, chè lu fumagiu e la ventusitate se

in ventrem equi per cannonum, seu clysterem, et, si non recedat tumor ventris ex his quæ supradicta sunt, accipe porrum et unge cum sapone nigro, et mitte in fundamento eius, quia statim recedet tumor. Accidit etiam equis aliquando difficultas urinandi propter grossos et viscosos humores fluentes ad vesicam, caput seu collum vesicæ oppilantes, unde urinæ exitus denegatur, quare, nisi cito succurratur, ex urinæ multa quantitate vesica ruimpitur, et sic equus moritur; et ab aliquibus vocatur hæc passio Stranguria. Cura. Recipe testam, seu tegulam, calidam, et ponas sub ventre equi, et de oleo laurino, seu dialthæa, genitalia et sibi adiacentia perungantur, ut vis medicinæ penetret ad profundum, et sic provocatur urina. Item ad idem. Recipe utramque saxifragam et semina diuretica et herbas calidas et diureticas cum suis radicibus, sicut fæniculus, petrosillus, sparagus, brucus et similia, et eas in vino odorifero bullire facias usque ad consumptionem tertiaræ partis, quod vinum dabis ei bibere, et hoc vinum bibitum aperit vias urinales, et grossos humores dissolvit. Bonum signum est in hac ægritudine si equus minixerit aut egesserit prout decet; malum signum est, si fluxus ventris immoderatus supervenerit; item malum signum est, si tumor et dolores non cessent sed in equo perseverent.

ne traga fora. Ancora l'altru; agi l' algi , e la saxifragia insenmuramente piste, et delenne lu dectu enplastu poi supra li testiculi, ca la urina miraveglio- samente senne essirane. Facciase a questu l' altre remegia poste de supra a provocare la urina. L' altru: piglia puina de sale ij; et unu pingniatu plenu de vinu, et mestecalu insenmura, et mictela in delu ventre delu cavallu per lu candulu. Esse non stumisce per li dicti rimigi, piglia lu porru et ungelu in delu sapone nigru, et micteglelu in delu fundamen- tu, ca lo tumore se parterane. Et abene alcuna feata ali cavalli daffecultate de fare urina per li grossi et viscusi humuri currente ala vessica, acturante lu capu et lu collu della vessica, unde se nega l' uscire dela urina: unne se seglese non succurre cecto, per la molta quantitate dela urina, la vessica se ronpe, el cusì lu cavallu se more. E questa passione alcuni la chiama stranguria. La cura: Recipe la testa, voi una tegola, calla, et puiu sulu ventre delu cavallu. E dell' olio laurino voi di altea, et ungasenne li testiculi, et denturnu ali testiculi chè le midecini vada in profundu, che per questu lu cavallu stalle. Item: a quellu medenmu: l' una et l' altra sassifrage recipe, et la sementa dela urtica, et li herbe callide e li dure culi soi radicine, comu ene lu finocchiu, et lu petrosendulu, et lu sparanu, bruscu, et le semegliante, et falle bullire innu vinu oduriferu fine che asseme la terza parte. Et questu vinu gle darai a bevere, ca apre la via dela urina et dessoglie li humuri grosse. Bonu sinnu ene, se lu cavallu stallarane voi fumarane in questa infermetate. Et ene male sinnu, se lu cavallu averane flussu de ventre in questa infermetate. Ancora ene malu sinnu, se lu tumure, voi dolure non cessa, ma persevera in delu cavallu.

CAP. CLII. — Ad Equum timidum et pigrum.

Equum timidum et pigrum ure, seu decoque, in flanco in modum rotæ, et fac cruces et punctos in eis, similiter et in renibus et quatuor pulsibus, et da ei comedere panicum, et stet in loco calido bene custoditus.

CAP. CLIII. — De morbido et gravi Equo.

Si fuerit equus infirmus et gravis, scinde corium inter crura priora, et fac annulum de vite alba, intromissa inter corium et pectus ita quod non cadat, et equita equum secure.

CAP. CLIV. — De Equo furioso vel leproso.

Si equus fuerit furiosus, vel leprosus, quam cito fieri potest minuatur de vena pectoris vel de vena colli, et post minutionem ponatur in aqua frigida et balneetur in ipsa, et caveatur et diligenter custodiatur ut non videat solem vel lunam per duos dies, et, si hoc non valuerit, cooperiatur chlamide rubeo.

CAP. CLV. — De Equo qui comedit pennam.

Si equus comedit pennam, sic curretur: Primo coquatur in umbilico, postea ponatur in ore eius sterlus

CAP. CLII. — Delu cavallu pagurusu et pigru.

Lu cavallu pagurusu et pigru cocilu a modo de inflatu a rota, et facci li cruci et li punti in ille; et semegliantemente lu fane in dele rine et in quactru pulzura, et dagle an manecare lu panicu, et stea il-locu callu et benę costuditu.

CAP. CLIII. — De cavallu ammalatu et greve.

Se lu cavallu ene infermu et greve, finde lu coru inter le ganme de nanti, et fane unu anellu de vite alva, et micteglelu inter lu coru et lu pectu, sichè non seglene cada, et cavalcalu securamente.

CAP. CLIV. — Delu cavallu fumosu, voi lebrosu.

Se lu cavallu ene fumusu voi lebrosu lu plu ceptu che se po' fare se sange dela vena delu pectu voi delu collu. E poi ch'ene sangniatu se mecta in dell' acqua freda et bagese, et guardese che non veia nè sole nè luna due die, et se questu non vale, coprilu de mantellu russu.

CAP. CLV. — Delu cavallu che manduca la pluma, voi penna.

Se lu cavallu manduca la penna curese cusì. In-primamente se coca no molliculu, et poi gle se mecta

boris tepidum, deinde fiat phlebotomia, postea sume omnia interiora unius gallinæ cum sanguine et mitte in ore equi callida; si vero non liberabitur sic, minue ipsum.

CAP. CLVI. — De Equo qui bene comedit et non impinguatur.

Si equus bene comedat et non impinguatur: Recipe salviam, savinam, malum terræ, et lauri bacchas in bona quantitate, quæ omnia misce cum adipe, seu uncto, ursino, postmodum ponantur in bono vino, et cum cornu iniiciantur in os equi, ut ipsa transglutiat, sive bibat. Item ad idem: Recipe interiora piscium, et tere fortiter cum bono vino, et per eundem modum da equo bibere; et impinguabitur. Item ad idem. Coque limaces, seu tartarucas, in aqua cum hordeo vel frumento, quod des equo frequenter comedere, et impinguabitur. Item ad idem: Recipe fabas fractas (sicut consuevit conteri tempore quadragesimali) et facias eas optime decoqui in aqua, et proice ibi satis de sale, deinde recipe unam partem dictarum fabarum, sic coctarum, et quatuor partes furfuris, et simul bene misce cum aqua decoctionis dictarum fabarum, postmodum dabis equo comedere: quia super omnia impinguat, consuevit tamen pedes lñdere. Item ad idem: Facias decoqui caules modicum, et misce ibi parum de sale, postmodum misce ibi de furfure, et da equo comedere, quia miro modo impinguabitur; ista duo præcedentia sunt probata. Item ad idem: Dentur equo extenuuto et macilento per quatuor dies ad comedendum pro velle herbæ positæ ad rorem, postea minuatur, et annona sibi competens una cum herbis sibi præbeatur, deinde singulis

'na bucca lu stercu delu bove tepegliu, et de lenne se sange. E poi piglia tucte le intriole d'una gallina culu sangue, et mictele in dela bocca delu cavallu calle; e se nò libera cusine, sangale.

CAP. CLVI. — **Delu cavallu che bene manduca
et non ingrassa.**

Se lu cavallu manduca bene et none ingrassa: Recipe la savina et la salvia, et melu terre, e lu baca lauru in bona quantitate, et mestecale tucte insenmura col' assognia ursina; e mectase in delu bonu vinu et mectaglese colo cornu in bocca che lu inglocita. Item a quellu medenmu: piglia le intestina delu pesce et pistale bene colu bonu vinu, et per quellu modu le dane a bevere alu cavallu et ingrassarane. A quellu medenmu: cosi le lumache overo le tartaruche, cioene le testudine, in dell' acqua coll' oriu, voi cula furmentu, et dallu spessu an manecare alu cavallu, et ingrassarane. L'altru: Recipe la fava franta, comu se fane la quaresema, et falla bene cocere in dell' acqua, et gectace assai sale, et de lenne recipe una parte dela decta fava et quaetru parti de brenna, et mestecale insenmura coll' acqua dove ene cocta la decta fava, et dalla anmanecare alu cavallu, ca ingrassa supre onne cosa. Tame sole nocere ali pedi. A quellu medenmu: fane cocere li coli unu pocu et gectace unu pocu de sale, et mictice dela brenna et dàlla anmanecare alu cavallu, ca maraveglosamente ingrassarane. E queste dui argumenti dicti sone provati. L'altru: dease anmanecare alu cavallu macru herbe sedute ala rusata, et poi sange, et l' annonna segle dea cule herbe mestecate, et onne die in mezu

diebus in meridie detur sibi surfur cum sale. Item ad idem: Recipe tres tartarucas, sive testudines, et, abiec-tis capitibus, pedibus, caudis et intestinis, facias ipsas in tantum coqui in aqua quod carnes ex toto ab ossi-bus separantur, et aqua sit effecta bene pinguis, po-stmodum dictam aquam dabis equo ad potandum cum aliquo catino seu vase, nec des sibi aliam aquam bi-bere quousque totam biberit; carnes vero, si quæ re-manserint, misce cum annonā, et dabis equo ad come-dendum; facies hoc tribus vicibus, quia mirabiliter con-ferunt equo, et ipsum impinguant et purgant et, si fue-rit incalmatus, cum tali potu curabitur. Et nota quod testudines, seu tartarucæ, debent esse aquaticæ, quia, licet terrestres bonæ sint, aquaticæ tamen magis valent.

CAP. CLVII. — De nimis pingui equo ut macrescat.

Si equus fuerit nimis pinguis, da ei bibere farinam milii cum aqua tepida; et macrescat.

CAP. CLVIII. — Contra maniam Equorum.

Si equus incipit esse maniacus, seu furiosus, ut mordeat et percutiat, vel per alia signa appareat: Re-cipe radices herbæ, quæ dicitur virga pastoris, et ipsam contere cum aqua, et in gulam equi proiice. Quidam miles vidit quamdam vaccam rabiosam percussisse quan-dam ovem cornu, quæ statim facta fuit rabiosa; simili-ter quædam mulier cœpit mente alienari: quæ statim, cum comedenter herbam prædictam, sanatae sunt. Præ-dicta etiam herba contra calculum efficacissima est.

iurnu gle se dea la brenna culu sale. L'altru : piglia tre testudine, gectatone lu capu et li pedi et le cude et le intestina, falle tantu cocere che la carne se esca dall' ossu, et quella acqua cusì bene ingrassata dàlla a bevere alu cavallu in unu vasu, et non gle dare altra acqua a bevere finechè aia bevuta tucta quella acqua grassa. E la carne ch'ene remasa, mestecala cula annonu et dalla anmanecare alu cavallu, et questu fane tre feata, ca miravegлиosamente gle iova, ca lu ingrassa et purga, esse fosse accalmatu, cun cutale bevere se cura. E nota che le testudine dell' acqua sone megliu a questu che le testudine terrene, abengia che le terrene bone sia.

CAP. CLVII. — Delu cavallu troppo grassu c' anmacrisca.

Se lu cavallu sarrane troppu grassu, dagle a bevere l'acqua cula farina delu megliu, cull' acqua teggia, et anmacrisce.

CAP. CLVIII. — Contra la mania deli cavalli.

Se lu cavallu cumenza ad avere la mania, sichè mucciclie et fera, voi appare per altre sinna: Recipe la herba dela verga pastore, et accunciala et pistala cull' acqua et gectaglela in dela gula. Unu cavaleru vide una bacca ragiata che feriu una pecu culu cornu, et quella pecu fone incontenente arraiata. E semegliantemente una fenmena principiò ad alienare la mente, là quale incontenente che manzone la decta herva fone sanata. Et la decta herva ene troppu efficace contra lu calculu.

CAP. CLIX. — Quomodo in equo furioso chirurgia possit operari
per Marescalecos.

Notandum est quod si in equo furibundo et impatiens velis chirurgiam, seu marescalciam, aliquam operari, ut secure hoc possis facere, eo non sentiente, hanc sibi propines opiatam, et sibi cum annona exhibeat: Recipe duas vel tres drachmas seminis iusquiami et cum annona equi misce, postquam autem equus comederit, per totum diem se non sentiet, immo quasi mortuus apparebit, et tunc operare in eo quod vis. Item ad idem: Recipe mandragoræ, opii, seminis utriusque iusquiami ana 3. III., nucis muscatæ, xiloaloes ana 3. I.; primo tamen cortices mandragoræ et iusquiami coquantur donec aquæ fial rubea, quæ omnia dissolvantur in prædicta aqua, et dentur cum cornu equo ad bibendum. Item ad idem. Recipe myrrhæ, persigæ, iusquiami ana 3. III., gallangæ, garyofilorum ana 3. I., hæc omnia dentur equo cum vino ad bibendum. Cum vero ipsum excitare volueris, caput ipsius et genitalia ablues cum aqua frigida, quia statim surget, et eum postmodum adaquabis.

CAP. CLX. — De Equo ristivo.

Frequenter pullus, propter malum eruditorem quem habet cum domatur, efficitur vitiosus et restivus, quod vitium non de facilis perdet. Idcirco dicitur: Mores, quos Bayardus in sua domatione discit, dum durant ei

CAP. CLIX. — In che modu in delu cavallu furiusu
lu marescalcu poza operare la cirlugia.

Ane da notare che se tu voi operare la medecina, voi cirlogia, in delu cavallu furiusu et non patiente, que securamente la poza fare issu non sententelu, dagle a manecare l' ubiu, et cula annona gle micte due voi tre unc. de semente de iusquiamu, cioene dela sanpongiaca. Poichè l' averane manecata, tuctu lu die se non sente, ma parerane quasi mortu, et a quella ora opera in delu cavallu la medicina. Ancora altru: Recipe de mandragora et de obiu, de semente dell' una et dall' altra, de semente de iusquiamu ugualemente unc. iij, et de noce muscata unc. j. et delu anabola unc. j. Tame inprimu cocì li scorci dela iusquiamu et dela mendragora in dell' acqua, tantu che l' acqua sia rossia. E tucte queste cose se dessoglia in dela decta acqua et deuse a bevere alu cavallu culu cornu. L' altru: Recipe de mirra et de persigia, et de iusquiamu, de onne una unc. iij. et de galanga et de garofali ugualemente unc. j. Tucte queste cose se confitij, et deuse a bevere culu vinu. E quandu lu volerai resussitare, lavagle lu capu et li testiculi cull' acqua freda, ca incontenente se revarane.

CAP. CLX. — Delu cavallu restivu.

Spesse feata lu polletru, per lu malu insengniatore ane lu cavallu quandu se doma, se fane vitioso, et restivo. la quale cosa non perde ligeramente, et perciò se dice: li custume li quale ane lu baiardu, voi

dentes recolit, iuxta illud. « Quo semel est imbuta re-
cens servabit odorem Testa diu ». Vulgares autem di-
cunt: « Id, quod nova testa capit, inveterata sapit ».
Quamobrem providus et peritus sessor cum alicui obviat,
equum non retinet sed ultra equitat. Cura. Per dies qua-
draginta et ultra non equitet nec ad aliquem locum
ducatur, sed in stabulo continue moretur, et ibidem co-
medat et bibat et bene nutriatur; post quadraginta dies
aliquis peritus equitator non sine virga et calcaribus
equitet super eum, inter equos etiam extraneos equi-
tet, et illis aliquotiens obviare faciat, et hoc frequenter
fiat, prima secunda et tertia die faciat paulatim, as-
sidue cavendo ne propter nimium laborem et tedium,
malæ consuetudinis reminiscatur. Item ad idem. Chorda
fortis et gracilis circa foncellum testiculorum forti nodo
inter testiculos et virgam non stricte ligetur, atque alia
chorda longa et gracilis et fortis ad circulum chordæ,
quæ est circa fontellum, imponatur, et equitator te-
neat in manu ambo capita chordæ, et cum equus re-
stivus stare voluerit, equitator fortiter chordas ad se
trahat (similiter fiat quando viam recte tenere non
vult), ut subito, dolore et augustia testiculorum, pro-
cedat. Item ad idem, et est ultimum remedium. Abscin-
dantur ipsorum testiculi, quia, postquam equi castrati
fuerint, efficiuntur mansueti, et restivi non erunt. Item.
Restivationem multum inveteratam aliqui sic curant.
Faciunt ferrum aliquantulum grossum in longitudine
unius ulnæ, ex una parte infixum manubrio longo, ex
alia in tres ramos divisum, qui rami sunt omnes re-
curvati et valde acuti; quod instrumentum sessor in
manu tenens, dum equus stare vult, ipsum retro, iuxta
caudam, in utraque coxa pungendo et ad se trahendo
cum una manu moveat, et cum aliquo flagello equo
dabit, et calcaria interim subcludat, seu quiescant. Qui-

paza in dele dumatione, mentre gle dura li denti recordasene, secundu questu versu: Quod nova testa capit, inveterata sapit. Quellu che se para nu principiu, mai se non perde nullu malu vitiu. Per la quale cosa lu insengniature provedevele delu cavallu, quandu scontra alcuna cosa, non retengnia lu cavallu ma cavalche innanti. Cura: per quaranta die et plu lo cavallu se non cavalche, n'esa ad alcunu locu, ma tuttavia stea in de stalla, et locu manduche et beva et nutrechese bene. E po' quaranta die, unu bene insengniatu cavalcature cavalche supre lu cavallu et non senza verga et senza sperone. Ancora se cavalche altri cavalli, et lu cavalcatore lie le faccia scuntrare, et questu se faccia spessu. Lu primu et lu secundu et lu terzu die fatiga, et per lu incresementu illu non se recorde dela mala custumanza. L'altru: leghese c'una corda suctile et forte denturnu ala borsa deli cugliuni c'unu forte nudu inter ti testiculi et la verga non strectamente; et un'altra corda suctile et forte se legha ala corda legata ale testiculi. E lu cavalcature tengnia in mane anmura le capura dela corda, et quandu lu cavallu restivu se figerane, lu cavalcatore tire asseve la corda fortemente. E facciase, quandu lu cavallu non annasse pela via dericta, che per lu dolore et angustia deli testiculi anne. L'altru, et ene l'ultimu remeio: castrase, ca li cavalli poichè sone castrati, fase humili e non sone restivi. Item: alcuni cura cusine la invichiata restivatione: fane unu ferro unu pocu grossu et longu unu bracciu, e dall'unu capu ce micte una maneca longa et dall'altru capu sia fessu lu ferru in tre parti, et quilli rami sia retorte et acuti; lu quale ferru tengnia in mani lu cavalcature, et quandu lu cavallu se fige, lu cavalcature tire asseve lu ferru che gle punciche la coda e

dam fortiter calefaciunt virgam de corylo, seu cornu, quæ sit longitudinis unius pedis, et cum equus incedere non vult, in alto loco sub cauda eius mittunt, et statim calcaribus fortiter urgent. Quidam loco coryli ponunt terram glutinosam, unde fiunt ollæ, calefactam, et caudam eius ad crura ligant, ne terra cadat; et debet esse terra ad modum tortæ.

CAP. CLXI. — De fluxu pilorum caudæ.

Fluxio pilorum caudæ fit cum sanguis nimis superhabundat in equo, et equus nimis laborat; vel cum frequenter super caudam verberatur; ex supra dictis causis prurigo innascitur, nisi cito succurratur. Cura. Si in cauda tantum accidit, in extremitate sui adversus nates in longitudine findatur donec ad medium quarti nodi ossis, quod est in cauda, perveniat, et per tertium os, quod quidam barilionem vocant, extrahatur et omnino proiiciatur; et postea per totam fixuram sal immittatur ac per diversa loca caudæ, et inter fixuram et corpus, cum calido ferro, in modum stili facto, in obliquum sursum cocturæ aliquantulum profundæ fiant, et in unaquaque brocha ligni imponatur, et per novem dies intus remaneant, nisi prius per se ceciderint.

le cosse; cull' una mane tire lu ferru et coll' altra tengnia una verga et abacterane lu cavallu, et li spiruni lu non toche. Et alcuni scalla fortemente 'na verga de crongniale, la quale sia longa unu pede, e quandu lu cavallu non vole andare mictegle quella verga ad altu sula coda, chè per quellu callu de quella verga sia conestrectu ad annare. Et alcuni in locu delo corniale, pone la terra dela quale se fane li pingniati, et ponela calla, et legale la coda ale gamme, chè non senne caia la terra, et deve essere a modu de una torcia la terra.

CAP. CLXI. — Delu cavallu che gle cade li pili
dala coda.

Cade li pili dela coda delu cavallu quandu lu sanguine supra habunda troppu, et lu cavallu fatiga multu, voi quandu spessu se vacte supra la cauda. E per questa rasione nasce la prurigine, forsia se gle non soccurra ceptu. Cura: se gle abene sulamente in dela xetremetate dela coda, inversu dele nate.... pe lungu affundu... fine che anmezu delu quartu nudu de l' ossu, lu quale ene in dela coda, pervenia, et per lu tertiu ossu, lu quale alcuni lu chiama barilione, senne traga et gectesenne. E per tutta la fessura se metta lu sale, et per le deversa locura dela coda, et intre la fessura et lu corpu segle faccia cocture c' unu ferru factu a modo de stilu, su in delu tortu unu pocu profundu. Et in onne una se mecta una brocca de lenu, e las-sala stare da intru nove die, forsia se non cadesse da sene.

CAP. CLXII. — De Langio in cauda vel alibi.

Langium est infirmitas proveniens in cauda equi vel alibi ad modum cancri. Corrodit autem dicta passio carnes, quæ sunt in cauda equi, in tantum quod carnes cadunt et pili et os caudæ corrumpuntur; et, si cito non adhibeatur remedium, dicta passio in tantum ascendet, quod totam caudam corrumpet, et ossa, quæ sunt in cauda, finaliter nodatim cadent. Cura. Fac capitellum fortissimum (id est: lixivium forte) in quantnm potes, quia quanto fortius, tanto melius; deinde infunde, seu balnea, stupram in ipso, ita quod sit bene balneata in capitello prædicto, postea stupram sic balneatam liga super infirmitatem; et semper, quando dicta stupra est desiccata, iterum balnea et repone; et hoc facias ad minus tribus vicibus in die, et, si pluries feceris, melius erit. Continuabis autem medicinam prædictam usque ad tres vel quatuor dies, quia curabitur equus; et hoc est probatum; postmodum fac medicamenta apta ad curandum vulnus et reparandum carnem.

CAP. CLXIII. — De pilis regenerandis.

Ut pili post consolidationem carnium renascantur: Recipe testas avellanarum, vel testudinum, et vetus bombicinum, quæ omnia simul combure, vel separatim; deinde pulverizentur et cum oleo olivarum agitantur, et ex hoc unguento sæpius cicatrices ungantur, et renascentur pili. Item ad idem: Valet magis charta

